

HÆC QVATVOR vltima Monasteria, adhuc non extant. Liquet verò Bullâ Innocentij III. Pont. Max. apud Viterbum XIV. Kalend. Iulij, Anno M. CC. IX. quâ confirmat Donationes S. Patriarchæ, & Ordini fratras de huiusmodi Conuentibus, & ceteris in alijs Prouincijs.

- VIII. Monasterium EMETERIENSE in *Cantabria*, hodie *Santander*, perfectum ad Annum M. CC. VIII. Quod est alterum ex Quatuor in hac Notatione relatis. 1208
- IX. Monasterium VALLESOLETANVM à Rege *Alfonso* cognomento Sapiente fundatum, Anno M. CC. LVI. in *Veteri Castella*. 1256
- X. Monasterium LVENSE in *Gallacia* ad Annum M. CC. XCIII. conditum, sed à quo non constat, permansit usque ad Annum M. CCC. XXVIII. sed desist. 1293
- XI. Monasterium SALMANTICENSE in *Veteri Castella*, compatum ad Annum M. CCC. XCIII. sine Auctore, & Patrone. 1393
- XII. Monasterium MARIANVM de Virtutibus in *Castella Veteri* conditum ad Annum M. CCC. LXVI. absque fundatoris origine. 1466
- XIII. Monasterium CIVITATENSE in *Nouæ Castella Extremadura* exedificatum ad Annum Domini M. D. XVIII. absque erectoris titulo. 1518
- XIV. Monasterium COMPLVTENSE in *Castella-Nouæ Carpetania* confectum ad Annum Domini M. D. XXV. sine Patrono fundante. 1525
- XV. Monasterium FONTISANTENSE in *Veteri Castella*, construtum ad Annum M. D. LV. nullo conditore præmisso. 1555
- XVI. Monasterium MADRIDENSE in *Nouæ Castella Carpetania* conditum ad Annum M. D. LXII. absque nomine Conditoris. 1562
- XVII. Monasterium BARRIENSE in *Veteri Castella* fabricatum ad Annum Domini M. D. XC. absque Auctoris vestigijs. 1590
- MONASTERIA Quæ sequuntur, quia absque Annorum calculo ab Scriptoribus referuntur, ideo eadem solum Nominis relatione subiiciimus.
- XVIII. Monasterium TALABRICENSE.
- XIX. Monasterium METINENSE.
- XX. Monasterium AREVALENSE.
- XXI. Monasterium CONQVENSE.
- XXII. Monasterium ZAMORENSE.
- XXIII. Monasterium TEGEDENSE.
- XXIV. Monasterium COLLARENSE.
- XXV. Monasterium CAMPENSE.
- XXVI. Monasterium GWARDIENSE.
- XXVII. Monasterium SARRACINENSE.
- XXVIII. Monasterium LVCRONIENSE.
- XXIX. Monasterium HORDIENSE. *Cantabr.*
- XXX. ERAT etiam aliud Monasterium Marianum in hac Prouincia, vulgo de la Bien-Parada, quod Calceati Excalceatis cessere Anno M. DC.

PROVINCIA ARAGONIÆ.

- I. Monasterium AVIGAVNIENSE à S. IOANNE Patriarcha conditum ad Annum M. CC. I. in *Aragonie*. 1201
- II. Monasterium ILERDENSE idem tidem ab eodem Sanctissimo Viro ad Annum Domini M. CC. IV. extructum in *Catalonia*. 1204
- III. Monasterium DAROCENSE in tractu *Valentino*, ab eodem Beatisimo Patre Ad Annum Domini M. CC. VI. exedificatum. 1206
- IV. Monasterium ANGVLARIENSE in eodem Regno compactum Mart. Hisp. Decembr. AAA 2 ab

	ab ipsomet gloriosissimo Generali Ministro ad Annum M.CC.VI.	1106
V.	Monasterium DERTVSANVM in <i>Catalonia</i> conflatum ad Annum Domini M.CC.XIII. nullo Conditore praevio.	1213
VI.	Monasterium BARCINONENSE in <i>Catalonia</i> absque fundato- ris relatione ad Annum M.CC.XVIII. aedificatum.	1218
VII.	Monasterium MAIORICENSE in <i>Insulis Balearibus</i> , licet sine conditoris titulo constructum ad Annum M.CC.XXXII.	1232
VIII.	Monasterium SETABITANVM in <i>Valentia</i> Regno extructum ad Domini Annum M.CC.LIX. nullo extructoris titulo.	1259
IX.	Monasterium VALENTINVM in Vrbe Regni Metropoli aedi- ficari coepit ad Annum M.CC.XLIII. Postea amissum, inde Anno M.D.XLV. recuperatum.	1243
X.	Monasterium ROXVELANVM in <i>Aragonie</i> conditum ad An- num Comini M.CC.LXX. absque fundatoris nomine.	1270
XI.	Monasterium SAGVNTINVM in Regno <i>Valentie</i> , erectum ad Annum Domini M.CC.LXXV. sine alicuius ope, & titulo.	1275
XII.	Monasterium MONCONIENSE in <i>Catalonia</i> , aedificatum abs- que consignatione conditoris ad Annum M.CC.LXXXII.	1282
XIII.	Monasterium SAN-SALVATORENSE in <i>Aragonie</i> coagulatum ad Annum Domini M.D.XLV. absque memoria alicuius con- ditoris.	1545
XIV.	Monasterium ORIOLANVM in Regno <i>Valentie</i> constructum, nullius ope, ad Annum M.D.LVIII.	1558
XV.	Monasterium ALCIRENSE in eodem <i>Valentino</i> Regno com- paetum ad Annum M.D.LVIII.	1558
XVI.	Monasterium PENINSULENSE in ipso <i>Regno Valentino</i> extru- ctum ad Annum Domini M. D. LIX.	1559
XVII.	Monasterium STADILENSE in praefato <i>Regni Valentini</i> termi- no, ad Annum Domini M. D. LIX. aedificatum.	1559
XVIII.	Collegium CÆSARAVGVSTANVM <i>Aragonie</i> Regni Metro- poli ad Domini Annum M. D. LXX. fabricatum.	1570
	SEQVENTIA absque Die, & Consule reperiuntur.	
XIX.	Monasterium CÆSARAVGVSTANVM.	
XX.	Monasterium LIRIENSE.	
XXI.	Monasterium TYROLENSE.	
XXII.	Monasterium BARBASTRENSE.	
XXIII.	Monasterium POENITENTIAE.	
XXIV.	Monasterium BALAGVERII.	
XXV.	Monasterium BILBILITANVM.	
XXVI.	Monasterium SQVARIACENSE.	

PROVINCIA PORTVGALLIAE.

I.	Monasterium SANTARENENSE, ab <i>Alfonso Rege II. Portugallie</i> Rege ad Annum M.CC.XVIII. constructum.	1218
II.	Monasterium VLYSSIPPONENSE, <i>S. Elizabethæ Reginæ eleemo-</i> <i>synis conditum ad Annum Domini M.CC.LXXXIII.</i>	283
III.	Monasterium LOVENSE ab ipsis Fratribus aedificatum, & ele- emosynis perfectum ad Annum Domini M.D.XLV.	1545
IV.	Monasterium SEPTENSE in <i>Africa</i> etiam Regum ope, & Fra- trum curâ elaboratum ad Annum Domini M.D.LXVIII. è quo singulares Redemptiones peragebantur, & adhuc peraguntur.	1568
V.	Monasterium ALVITENSE in <i>Algariorum</i> (vt credimus) Re- gno ad Domini Annum M.D.XCVIII. erectum.	1598
VI.	Monasterium CONIMBRICENSE.	
VII.	Monasterium ZINTRENSE	
VIII.	Monasterium LCOBRICENSE.	Mona

PROVINTIA BAETICÆ

- I. Monasterium **CORDVBENSE**, à *Sancto Rege Ferdinando III.*
Castellæ, illius Patritiæ Vrbis recuperatore conditum, Anno M.
CC.XXXVI. 1236
- II. Monasterium **HISPALENSE** itidem ab eodem ipso *Rege Sanctissimo* Constructum ad Annum M.CC.XLVIII. 1248
- III. Monasterium **MALACITANVM**, necnon à *Sancto eodem Ferdinandore* Rege extrui cœptum, Anno M. CC. L. post à Catholicis Regibus perfectum Anno M. CCCC.LXXVI. 1250
- IV. Monasterium **MVRCIENSE** in Bætica Superiori, ab *Alfonso IX. Rege Castelle* ad Annum Domini M.CC.LXXII. erectum. 1272
- V. Monasterium **PACENSE** in *Estremadura* ad Annum Domini absque Conditoris nomine fabricatum, & erectum M.CC.LXXIV. 1274
- VI. Monasterium **VETENSE** primo ad Annum Domini M.D.II. fundari cœptum, post aliò mutatum, Anno M.D.XII. 1502
- VII. Monasterium **BEATIENSE** constructum, licet absque extuctoris titulo ad Annum Domini M.D.II. 1502
- VIII. Monasterium **GRANATENSE** post eius è Sarracenorum fauibus recuperationem ad Annum M.D.XVIL compactum. 1517
- IX. Monasterium **MEMBRILLENSE** in *Martiano* tractu ædificatum ad Annum Domini M.D.XC. 1590
- MONASTERIA hæc sequentia nec
Annum, nec fundatorem agnoscent.
- X. Monasterium **ILITVRGITANVM.**
- XI. Monasterium **GIENENSE.**
- XII. Monasterium **ASTENSE.**
- XIII. Monasterium **RONDENSE.**
- XIV. Monasterium **MARBELLENSE.**
- XV. Monasterium **RAMBLENSE.**
- XVI. Monasterium **TARIFENSE.**
- XVII. Monasterium **ALMERIENSE.**
- XVIII. Monasterium **ANGELENSE.**
- XIX. Monasterium **VALLISPERNARVM.**
- Hoc ultimum hodie Excalceatis, paret
concedentibus Calceatis Anno 1600.

Extrà relatos *Conuentus* etiam iste Religiosissimus Ordo possidet in Hispania aliquot *Sanctimonialium* Monasteria, scilicet in *Castella* VI. in *Portugallia* I. in *Bætica* V. in quorum claustris illustrissimi sanctitate Viri, & Mulieres prodiere, & maxime Religiosorum Cœnobij, vbi doctrinâ, & pietate Patres quotidie Hispaniam nobilitant, & eius Provincias exemplis, & moribus, sermonibus, & literis illustrant. Nunc ad Redemptiones veniamus.

R E D E M P T I O N E S C A P T I V O R V M
*Generales Christianorum ab Hispanis Religiosis
 Calceatis Ordinis SSS. Trinitatis, ex Africa, &
 alijs Infidelium partibus, ab exordio Instituti ad
 hac tempora, facta.*

TEMPORE quô huius *Instituti* regula Nostras deuenit, & IOANNES eiusdem Fundator Hispaniam lustrauit, & Monasteria construxit, plures *Redemptiones* factas fuisse non ambigo; post cuius discessum, scilicet ab Anno M. CC. XII. ad M. CC. XXVII. fuisse in hisce *Duabus Castella, & Batica Provincijs CCC. LXII. Redemptiones Generales* peractas, in quibus XXXV. M. DC. Christianos Captiuos redemisse, præter Corpora, Reliquias, & Imagines Sanctorum, & Sarracenorum fauibus ereptas, testantur M. Ægidius Gonzalez in *d. Compend. c. 23.* Altuna in *Chron. lib. 2. c. 10. fol. 342.* Omnia huiusmodi *Redemptionum* calculum obliterauit temporum ingluies annorum, ideo tumultuarie illarum seriem coagulauimus, cum nulla Nobis aperiatur via ad illarum temporum discrimen. Sed hoc supposito, ad alias Annorum ratione discretas perueniamus.

R E D E M P T I O N E S P R O V I N C I A R V M
Castella, & Batica.

- I. REDEMPTIO I. Anno Domini M. CC. L. quâ F. *Ludouicus de Frexa*, Minister Conuentus Burgensis **CCCC.** Captiuos Christianos è Maurorum ergastulis redemit. **1250**
- II. REDEMPTIO II. Anno M. CC. LV. qua F. *Petrus Ioannes Minister Burgensis CC. V.* Captiuos Christianos ex Vrbe *Granateni* extraxit. **1255**
- III. REDEMPTIO III. Anno M. CC. LVIII. quâ idem F. *Petrus Ioannes Minister Burgensis ex Beacensi vrbe CCC. XXXIX.* Christianos Captiuos saluos exēmit. **1258**
- IV. REDEMPTIO IV. Anno M. CC. LX. qua F. *Ioannes de Salis Minister Burgensis, & Castellæ Prouincialis in suo Triennio & amplius QVINQUE Mille* Captiuos liberauit. **1260**
- V. REDEMPTIO V. Anno M. CC. LXXVIII. quâ Venerabilis F. *Ioannes de Burgos*, illius Conuentus alumnus, dum *Redemptioni* vacat, à Sarracenis pecunijs spoliatus, & in *Almeriam* inuestitus, pro fide gladio occubuit, *Kalendis Novembbris.* **1278**
- VI. REDEMPTIO VI. Anno M. CC. LXXXIII. quâ F. *Dominicus Pardo Doctor Toletanus, Ferdinandus IV. Regi à Consilijs, CC.* Captiuos ex *Fesio* liberos eduxit. **1283**
- VII. REDEMPTIO VII. Anno M. CC. LXXXVI. quâ F. *Antonius de Pliego, ad Algerium concedens, CC. L.* Captiuos Christianos liberare donatos retulit. **1286**
- VIII. REDEMPTIO VIII. Anno M. CCC. LXXX. quâ F. *Petrus Garcia Minister Burgensis* plurimos Captiuos è Maurorum seruite redemit. **1380**
- IX. REDEMPTIO IX. Anno M. CCCC. XLI. quâ F. *Ioannes Bonifaz Minister Burgensis, & Castellæ Prouincialis, ex Granateni Regno LI.* Captiuos extraxit, inter quos IX. Sacerdotes. **1441**
- X. REDEMPTIO V. Anno M. CCCC. LXX. quâ, & alijs Tredecim F. *Simon de Camargo Minister Burgensis, & Prouincialis Castellæ, & Aragoniæ, Duo Millia*, & amplius Captiuos redemit. **1470**

- XI. REDEMPTIO XI. Anno CCCC. XCVII. quâ F. Petrus de Oña Prior Burgensis ex *Algerio* CC. Captiuos Christianos, & amplius, à dura tyrannide liberavit. 1497
- XII. REDEMPTIO XII. Anno M. D. quâ F. *Hippolitus* Minister Salmanticensis ex *Algerio* C. L. Captiuos Christianos à seruitute exemptos perduxit. 1500
- XIII. REDEMPTIO XIII. Anno M. D. IX. quâ F. *Franciscus de Palacios*, Prouincialis Castellæ, & Episcopus electus Pampilonensis, C. L. Captiuos libertate donauit. 1509
- XIV. REDEMPTIO XIV. Anno M. D. XVIII. quâ, & alterâ F. *Didacus Gayangos* Minister Burgensis, & Castellæ Prouincialis, ex *Fesio*, & *Marrochio* D. Captiuos extraxit. 1518
- XV. REDEMPTIO XV. Anno M. D. XXIII. quâ FF. *Bartholomaeus de Herrera*, & *Petrus de Victoria* Minister Vallesoletanus DCC. Captiuos Christianos redemere. 1523
- XVI. REDEMPTIO XVI. Anno M. D. XXX. quâ F. *Ioannes à S. Tyrso* Minister Burgensis ex *Marrochio Africae* C. XVII. Captiuos Salmanticam inuexit. 1530
- XVII. REDEMPTIO XVII. Anno M. D. XXXIX. quâ F. *Franciscus Sanguino* Minister Vallesoletanus ex *Algerio* satis copiosum numerum Captitiorum Christianorum deprompsit. 1539
- XVIII. REDEMPTIO XVIII. Anno M. D. XLVI. quâ F. *Sebastianus del Puerto*, Minister Hispalensis, Imperatori Carolo V. à Consilijs, ex *Algerio* CC. Captiuos Christianos à vinculis soluit. 1546
- XIX. REDEMPTIO XIX. Anno M. D. LXII. quâ F. *Iacobus Teran Prouincialis Castellæ*, & alterâ vice CCCC. Captiuos Christianos ex Sarracenorum spelæis ad libertatem transtulit. 1562
- XX. REDEMPTIO XX. Anno M. D. LXXXIV. quâ F. *Lucas del Pino* ex Burgensi Conuentu alumnus, LXXXIV. Captiuos Christianos ad optatam libertatem attraxit. 1574
- XXI. REDEMPTIO XXI. Anno M. D. LXXX. quâ administrantibus pro Castella F. *Ioanne Gil*, ex Conuentu Areualensi, & pro Bætica F. *Antonio de la Bela*, Ministro Baëcensi, præter *Spinea Coronæ Domini aculeum*, & alia SS. Pignora, *Imaginemque Marianam*, & alia quæ Roma Hispaniam *Marchio Ayamontensis* miserat, CC. XLI. Captiui redempti fuere. 1580
- XXII. REDEMPTIO XXII. Anno M. D. LXXXIII. quâ ijdem Fratres Administratores constituti, ex *Algerio* C.XLVII. Captiuos Christianos vtriusque sexus, Hispanias retulere. 1583
- XXIII. REDEMPTIO XXIII. Anno M.D.LXXXV. quâ idem *Gilius* pro Castella, & F. *Iosephus Fornario* pro Bætica, ex *Algerio* CC.XX. Captiuos Christianos à seruitute exemptos perduxere. 1585
- XXIV. REDEMPTIO XXIV. Anno M.D.LXXXVIII. quâ F. *Gundisalvus Alfonso de Burgos*, Administratoris titulo, ex *Algerio* C.XXX. Captiuos Christianos, Hispaniam inuexit. 1588
- XXV. REDEMPTIO XXV. Anno M.D.XCII. quâ Administratoribus FFF. *Francisco Vazquez Ioanne de Palacios* pro Castella; & *Antonio de la Bella* pro Bætica, CC.XXVIII. ex *Algerio* liberantur. 1592
- XXVI. REDEMPTIO XXVI. Anno M.D.XCV. quâ idem F. *Ioannes de Palacios*, & F. *Antonius Serrano* ex *Algerio* & *Tunesio* CC.IX. Captiuos Christianos detulere. 1595
- XXVII. REDEMPTIO XXVII. Anno M.D.XCIX. quâ Administratoribus FF. *Antonio de Castañeda*, & *Gabriele de Toro*, ex *Algerio* CC.L. Christiani Captiui, a vinculis eximuntur. 1599
- XXVIII. REDEMPTIO XXVIII. Anno M.D.C.V. quâ FF. *Gabriel de Ayala*, & *Ludouicus de Luna* Administratores ex *Fesensi Regno* C.XIX. Captiuos

Captiuos Christianos libertate donatos extraxere.

1605

XXIX. REDEMPTIO XXIX. Anno M.DC.IX. apud *Algerium* incœpta, sed non perfecta: Nam cum Venerabiles Fratres *Bernardus de Monroy*, *Ioannes de Palacios*, & *Ioannes del Aguila*, *Algerium* perrexissent, & plurimos Captiuos Christianos emptos habuissent pecunij datis, propter nobilem fœminam *Fatimam* nomine, filiam *Mahomad Axa*, quæ alibi Christo nomen dederat. comprehensis vinculis mancipati, & bonis spoliati, nec illi prosequi Redemtionem, nec assequi libertatem potuerunt, quin inediâ consecuti, paulatim Deo animas reddidere. 1609

XXX. REDEMPTIO XXX. Anno M.DC.XIV. quâ Fratres *Ieronymus Fernandez*, & *Antonius Muñoz* pro Castella; & *Antonius de Madrid* pro Bætica C.XXV. Captiuos ex *Fezio* redemere. 1614

XXXI. REDEMPTIO XXXI. Anno M.DC.XVIII. quâ Fratribus *Andrea de Manzera*, *Didaco de Hortigosa* pro Castella, & *Petro del Castillo* pro Bætica Administratoribus, præter *Virgineam Iconam*, quæ hodie in Conuentu Calceatorum *Madridensi*, titulo DEL RECA TE, colitur, ex *Algerio* CC. VIII. Captui libertate donati à dira seruitute redempti, ad propria repedarunt. 1618

XXXII. REDEMPTIO XXXII. Anno M.DC.XX. ex *Fecensi*, & *Tetuani co Regnis*, quâ F. *Ioannes de Aguilar* per se XXXVI. & per Fratres *Lusitanos* CCC.LVIII. Captiuos, *Hispalim* perduxit. 1620

XXXIII. REDEMPTIO XXXIII. Anno M.DC.XXI. Fratres *Didacus Hortigosa*, & *Martinus Agudo* ex *Fecensi* Regno C.IV. Captiuos ab ergastulo ereptos, proprijs domibus emisere. 1621

XXXIV. REDEMPTIO XXXIV. Anno M.DC.XXIV. quâ Administratoribus Fratribus *Didaco Hortigosa*, *Didaco de Monzon* pro Castella, & *Andrea de Toro* pro Bætica, ex *Tetuano* Regno C. IX. Captui redempti sunt, è quibus XXVI. erant pueruli ex parentibus Christianis orti, quos nondum aqua baptismalis lustrauerat; quod ex decreto Catholicæ Hispaniarum Reginæ *Isabella Borbonia* actum fuit, ne Sarracenorum erroribus filij Christianorum poluerentur. 1624

XXXV. REDEMPTIO XXXV. Anno M.DC.XXVII. quâ Fratres *Didacus Hortigosa*, *Didacus Pacheco* pro Castella, & *Didacus Zevallos* pro Bætica, ex *Algerio* C.LXII. Captiuos redemere, vna cum Imagine B. *Ludouici Gonzaga* è S. I. quam *Mutius Vitellescus* Generalis in Indianum emiserat, & à Turcis captam *Algerium* detulere, eamque Fratres pretio constituto detraxere. 1627

XXXVI. REDEMPTIO XXXVI. Anno M.DC.XXX. quâ Fratribus *Martino Agudo*, *Augustino de Guardiola* pro Castella, & pro Bætica *Matthæo Delgado*, ex *Fezio*, & *Tetuano* C.XIX. Captui redempti. 1630

XXXVII. REDEMPTIO XXXVII. Anno M. DC. XXXIII. quâ Fratres *Martinus de Agudo*, & *Ioannes de Vargas*, & pro Bætica *Bartholomeo de Sojo*, ex eisdem Regnis LXXII. Captiuos extraxere. 1633

XXXVIII. REDEMPTIO XXXVIII. Anno M. DC. XXXVI. quâ administratoribus F. *Martino Agudo*, & alijs Tribus pro utraque Prouincia, ex *Tetuano* XCIV. Captui libertatem consecuntur. 1636

XXXIX. REDEMPTIO XXXIX. Anno M.DC.XXXIX. quâ idem F. *Martinus Agudo*, & alijs Administratores ex *Tetuano* Regno C. XXI. Captiuos è vinculis absoluunt. 1639

XL. REDEMPTIO XL. Anno M.DC.XLII. quâ ex eodem Regno CXIV. Captui libertatem adepti Administrantibus Fratribus *Didaco Vallejo*, *Michaële Diaz*, & *Petro Marmolejo*. 1642

XLI. REDEMPTIO XLI. Anno M.DC.XLVII. quâ Fratres *Martinus Galindo*, & *Didacus Pacheco* ex eodem Regno *Tetuano* C. XXIX.

XXIX. captiuos secum liberos pertraxerunt.

1647

XLII. REDEMPTIO XLII. Anno M.DC.L. feliciter inchoata, sed Dei iudicio, miserabili fine consopita. Nam cum Fratres *Gaspar Salom* Minister Burgensis, & *Ioannes de Gaona* Administratores eiusdem, vela ventis committerent *Valentiā Algerium*, in medio Matis à Turcis inuasus; nec saluo conducto muniti; pecunijs & mercibus spoliati; iniurijs affecti; & tandem dimissi, in tempestatis horridæ seueritate prolapsi, prossus inter fluctuū globulos animas euomere. 1650

XLIII. REDEMPTIO XLIII. Anno M.DC. LII. quā Fratres *Ladonius Luxan*, *Ioannes Diaz* & pro Bætica *Sebastianus de Villa nœua*, ex *Algerio* C.XXXVI. Captiuos *Madridium* duxere 1652

XLIV. REDEMPTIO XLIV. Anno M.DC.LVI. quā Fratres *Petrus Fonze de Leon*, & *Antonius de Vzeda*, & pro Bætica *Ioannes de Almoguera*, ex *Tetuano* CC.LVIII. Captiuos pertulere. 1656

ALIAS peculiares REDEMPTIONES referuntur, quas hīc subijcere nec Nostri instituti breuitas admittit, nec re verā titulō REDEMPTIONVM consignandæ, cùm tantum aliquorum Fratrum agones apud *Algerium*, vt F. *Augustini del Casar*, qui à Turcis sagittis confixus, Domini F. *Petri de Figuerijs Carpi de Valencia* Episcopi *Gienensis*, qui apud *Granatam*, postquam ad usque *Nouem Millia* captiuorum redemisset, aliosque proprijs expensis sustentasset, capite plexus est, & aliorum alibi demonstrent, sed ad alias cæterarum Prouinciarum *Hispaniæ* deuenio.

REDEMPTIONES PROVINCIÆ Aragonie.

IN hac Prouincia LXII. REDEMPTIONES Generales peregisse Fratres SSS. *Trinitatis Aragonenses*, in quibus M.LXXX. Captiuos Christianos fuisse libertati restitutos affirmant M. *Aegidius Gonzalez* in *Compend.c. 23, fol. 50.* & *Figueras* in *Chron. fol. 598.* sed tantum sequentes inuenio, quas libenter subijcio.

I. REDEMPTIO I. Anno M.CC.II. quā S. *Ioannes de Matha*, apud *Valentiam*, tunc Maurorum labe pollutam (miraculo interveniente, de quo in ACTIS supra) CC.VII. Captiuos, à dira catenarum compagine solutos, perduxit. 1202

II. REDEMPTIO II. Anno M. CC. III. quā F. *Guillelmus de Vetula* Minister Auinganiensis, & eius socius *Gualbertus ex Valentia* CC. VIII. Captiuos soluerunt à vinculis. 1203

III. REDEMPTIO III. Anno M. CC. IV. quā à Fratribus *Raymundo de Rubira*, & *Bernardo de Sarreano*, ex *Setabitana* vrbe LXXXV. Captiuui fuere libertate donati. 1204

IV. REDEMPTIO IV. Anno M. CC. V. quā iussu Regis *Petri Aragonie* Fratres *Guillelmus de Vetula*, & *Dominicus de Crustano* ex *Balearibus Insulis* C. XC. Captiuos redemere. 1205

V. REDEMPTIO V. Anno M. CC. VI. quā à Fratribus *Petro de Bezea*, & *Petro de Corbinis* Administratoribus, ex *Algerio* CCC.XL. Captiuui extracti, libertatem sunt consecuti. 1206

VI. REDEMPTIO VI. Anno M. CC. VII. quā Fratres *Bernardus de Sarriano*, & *Thomas de Lerida* Administratores, ex *Valentiā* C. IX. Captiuos Ilerdam perduxere. 1207

VII. REDEMPTIO VII. Anno M. CC. VIII. quā F. *Guillelmi de Vetula* industriâ ex *Valentia* XCV. Captiuui Christiani, ex ergastulis extracti, à seruitute fuerunt liberati. 1208

VIII. REDEMPTIO VIII. Anno M. CC. IX. quā F. *Bernardus Zabaza Mart. Hisp. Decembr.* BBBB Mini

- Minister I. Darocensis, ex vrbe *Murzia* CC. IX. Captiuos ad libertatem desideratam attraxit. 1209
- IX. REDEMPTIO IX. Anno M. CC. X. quâ Administrantibus Fratribus *Berengario Segans*, & *Ferrario Grait* Ilerdensibus, ex vrbe *Granata* C. XL. Captiui liberi ad propria redière. 1210
- X. REDEMPTIO X. Anno M. CC. XI. quâ Frater *Petrus* cum fratre *Arnaldo Queralt*, Murciam transcendens, ibidem C. XX. Captiuos à saua Maurorum seruitute exemit. 1211
- XI. REDEMPTIO XI. Anno M. CC. XII. quâ Fratres *Hugo Provincialis* II. Aragoniæ, & *Guillelmus de Vetula*, ex *Almeria* Bæticæ CCC. IX. Captiuos liberos adduxeré. 1212
- XII. REDEMPTIO XII. Anno M. CC. XIII. quâ Administratoribus Fratribus *Ioanne de Coniliaco*, & *Rodulfo de Lerida*, pro monasterijs Aragoniæ, & Cathaloniæ, ex *Algerio Africa* C. LXX. Captiui Christiani libertate donati, ad propria repedarunt. 1213
- XIII. REDEMPTIO XIII. Anno M. CC. XIV. quâ Fratres *Petrus*, & *Mattheus* Administratores Monasteriorum Cathaloniæ ex *Valentia* C. VIII. Captiuos redemptos adulére. 1214
- XIV. REDEMPTIO XIV. Anno M. CC. XV. quâ iterum Administratoribus Fratribus *Guillelmo de Vetula*, & *Ferrario Grait* ex vrbe *Baza* Bæticæ C. XXX. Captiui perducti sunt. 1215
- XV. REDEMPTIO XV. Anno M. CC. XVI. quâ Fratres *Bernardus de Serria*, & *Berengarius de Gerona* Administratores ex *Granata* CCC. IX. Captiuos à compedibus liberos extraxeré. 1216
- XVI. REDEMPTIO XVI. Anno M. CC. XVII. quâ Fratribus *Raymondo de Orisone*, & *Guillelmo de Iuuenca* Administratoribus ex *Algerio* C. XL. Captiui redempti sunt. 1217
- XVII. REDEMPTIO XVII. Anno M. CC. XVIII. quâ Administratores Fratres *Hugo*, & *Petrus de Auingania*, ex *Valentia* C. VIII. Captiuos à potestate Sarracenica liberarunt. 1218
- XVIII. REDEMPTIO XVIII. Anno M. CC. XIX. quâ iterum Administrantibus Fratribus *Bernardo de Sarriano*, & *Dominico de Crustano* ex *Granata* CCC. IX. Captiui erepti fuere. 1219
- XIX. REDEMPTIO XIX. Anno M. CC. XX. quâ Fratres *Petrus de Bezea*, & *Ioannes de Corinaliaco* iterum Administratores, ex Ciuitate *Murcia* C. LXXX. Captiuos perduxeré. 1220
- XX. REDEMPTIO XX. Anno M. CC. XXI. quâ Administratorum titulo s̄epius Fratres *Vetula*, & *Lerida* ex *Valentia* C. XV. Captiuis amabilem libertatem dedérē. 1221
- XXI. REDEMPTIO XXI. Anno M. CC. XXII. quâ Fratres *Arnaldus Queralt*, & *Bernardus Labaza* Administratores ex *Valentia* CCC. IV. Captiuos redemptos Patriæ retulerunt. 1222
- XXII. REDEMPTIO XXII. Anno M. CC. XXIII. quâ Fratribus *Guillelmo de Iuuenca*, & *Petro de Coruinis*, Administratoribus, ex *Algerio* CC. VIII. Captiui redempti sunt. 1223
- XXIII. REDEMPTIO XXIII. Anno M. CC. LX. Venerabilis F. D. *Petrus de Figheris* post Episcopus *Giennensis* è *Granata* CC. XC. Captiuos de dominio Arabum eripuit. 1260
- XXIV. REDEMPTIO XXIV. Anno M. CCC. VI. quâ Fratres *Claudius* & *Ioannes Maioricenses* Redemptores, qui ex *Algerio* D. XC. Captiuos redemere, sed pro aliquibus pecunijs sibi deficientibus, cùm obsides remanerent apud *Algerium*, ibidem pro Christi prædicatione comprehensi, capite multati, & corpora in fauillas reducta, inuidi pugiles Deo spiritum obtulere. 1306
- XXV. REDEMPTIO XXV. Anno M. CCCC. XC. quâ *Ferdinandi Regis Catholici* iussu, & Fratris *Martini Doynes* Vicarij Generalis in

in Aragonia curâ, ex Algerio C. III. Captiui redempti Valentiam adducti sunt.

1490

NVLAS alia REDEMPTIONES apud Aragonios comperit sedulitas ex Chronicis, aut alijs Scriptoribus; crederem plurimas in posterum factas, sed cum ipsorum Fratrum, quibus haec cura tangit, silentiosa pagina contineat, & Nostra simul taciturnitas ultra progredi non valebit.

REDEMPTIONES PROVINCIAE Portugalliae.

- I. REDEMPcio I. Anno M. CC. XL. quâ, & alijs Quinque sequentibus F. Michael Lusitanus Minister Santarenensis, M. CC. Captiuos libertate donatos extraxit. 1240
- II. REDEMPcio II. Anno M. CC. LXXIV. F. Iohannes Nauarrus eiusdem Conuentus Minister, in XIII. Redemptionibus M. CCCC. Captiuos ex Africa liberauit. 1274
- III. REDEMPcio III. Anno M. CC. LXXXVIII. quâ & alijs septem continua F. Martinus Añez Vicarius I. Generalis illius Prouinciarum M. D. LX. Captiuos ad propria remisit. 1288
- IV. REDEMPcio IV. Anno M. CCC. V. sed non perfecta; nam in odium Religionis Catholicæ Venerabilis F. Iohannes à IESV à Sarrecenis lapidibus impetitus vitam exxit. 1305
- V. REDEMPcio V. ab Anno M. CCCC. XV. F. Gomezius Martines Prouincialis per se XI. Redemptiones perfecit, in quibus Duo Millia D.CCCC. LXXXIV. Captiuorum redemit. 1415
- VI. REDEMPcio VI. Anno M. CCCC. XXVI. nondum perfecta; Nam F. Bernardus à S. Maria Granata fistens, à Mauris lapidibus obrutus interfectus est. 1426
- VII. REDEMPcio VII. Anno M. D.LVIII. F. Rochus à Spiritu-Sancto, & Andrea Fogazza ex Algerio præter Imaginem Marianam!, & alias Reliquias CCC. Captiuos redemit. 1558
- VIII. REDEMPcio VIII. Anno M. D LXV. quâ idem F. Rochus, & Emanuel Nunius, ex Fezio & Marrochio CC.XXX. Captiuos redemptos Portugalliam adduxere. 1565
- IX. REDEMPcio IX. ab Anno M. D. LXVI. quo Religiosi Septem incolere cœperunt, ad Annum M.D.LXXVIII. quô Sebastiannus portugalliarum Rex in Africano bello interiit, idem F. Emanuel Nunius CCCC. XCVI. Captiuos à vinculis absolutos redemit. 1566
- X. REDEMPcio X. Anno M. D.LXX. quâ idem F. Rochus cum Ignatio de Tauares Socio, ex Africa CC. Captiuos secum Vlyssiponem duxit. 1570
- XI. REDEMPcio XI. Anno M. D. LXXIV. quâ iussu F. Rochi F. Didacus de Ledo ex Tetuanico Regno C. IV. Captiuos proprijs laribus emisit. 1574
- XII. REDEMPcio XII. Anno M. D. LXXVI. ab eodem F. Rocho præmeditata, sed à Rege Sebastiano intercepta, ob bellum Africatum, quo occubuit Anno M. D. LXXVIII. quô & pro secula pro extrahendis Captiuis Nobilibus in prælio ad seruitutem reducatis, è quibus, & ex alijs militibus captis, nonnulli redempti fuere. 1578
- XIII. REDEMPcio XIII. Anno M. D.LXXIX. quâ Fratres Ludouicus da Guerra, & Franciscus de Trocifal ex Tetuano C. XVI. Captiuos emiserunt. 1579
- XIV. REDEMPcio XIV. Anno eodem, quâ F. Antonius de Meneses Fezium pedem figens diuersis vicibus DC. & amplius Captiuos Mart. Hisp. Decemb. BBBB 2 emisit;

- emisit; ille lapidibus obrutus occubuit. 1579
- XV. REDEMPTIO XV. eodem Anno, F. Ignatius Tavares cum Socio Marrochium consistens, primùm CC.XXXII. post CC.LX VIII. Captiuos redemit, & Vlyssipponem perduxit. 1579
- XVI. REDEMPTIO XVI. ab eodem Anno ad M.D. XCV. F. Andreas ab Angelis Melillam inhabitans ad vsque Mille Captiuos liberauit, ille obses manst ad Annū M.DC. VIII. 1579
- XVII. REDEMPTIO XVII. Anno M.D.LXXX. quā FF. Antonius de Aluito, & Emanuel de Euora ex Alcazarquinui Centum Captiuos liberos extraxere. 1580
- XVIII. REDEMPTIO XVIII. Anno M. D. LXXXI. FF. Dionysius & Matthaeus ab Expectatione ex Algerio CC.LXXVI. Captiuos redeme ex militibus Belli Sebastianici. 1581
- XIX. REDEMPTIO XIX. Anno M. D. LXXXII. FF. Ignatius Tavares, & Socius Antonius ex Xarifio CC. Captiuos eduxerunt, quos D. Petrus Venegas de Cordoua Philippi II. Catholici, iam Portugallie Regis Orator Hispaniam inuexit. 1582
- XX. REDEMPTIO XX. Anno M. D. LXXXIV. iterum ipsi Dionysius, & Matthaeus, Algerium venientes Philippi Regisiussu, & pecunij, C.LVIII. Captiuos detulere. 1584
- XXI. REDEMPTIO XXI. Anno M. D. LXXXIX. iterum illi Ignatius, & Antonius Marrochium demorantes primū C. LXVI. post CCC. XXXII. Captiuos Portugalliam remiserunt. Illi vitam exuerunt primus Antonius, post Ignatius, qui Prælaturam despiciens, Redemptionem prætulit, quā carceratus Marrochij obiit. 1589
- XXII. REDEMPTIO XXII. Anno M. D. XC. quā F. Pelagius de la Cerda, dūm Septe in Africa moraretur, ex varijs partibus collegit DC. VIII. Captiuos, & in propria remisit. 1590
- XXIII. REDEMPTIO XXIII. Anno M. D. XCII. F. Matthaeus ab Expectatione Minister Septensis, in eadem Ciuitate XXXIX. Captiuos, quos ibidem reperit, redemit. 1592
- XXIV. REDEMPTIO XXIV. Anno M. D. XCV. F. Paulinus à Presentatione Minister Septensis illam perfecit, & CCCC. Captiuos è Maurorum vinculis liberauit. 1595
- XXV. REDEMPTIO XXV. Anno M. DC. VII. quā idem F. Paulinus cum Socio Nicolao Olineyra ex Septe territorio XCIV. Captiuos è sua seruitute liberos extraxit. 1607
- XXVI. REDEMPTIO XXVI. Anno M. DC. IX. quā idem Paulinus cum F. Philippo Riueyro ex eodem Septensi territorio LXXXVI. Captiuos ad Vlyssipponem dimisit. 1609
- XXVII. REDEMPTIO XXVII. Anno M. DC. XIII. quā idem Paulinus (licet obses.) LV. Captiuos cum F. Andrea de Albuquerque ad Vlyssipponem transmisit. 1613
- XXVIII. REDEMPTIO XXVIII. Anno M. DC. XIV. quā idem F. Andreas & Emanuel ab Spiritu-Sancto ex Marrochio LXXXV. Captiuos, quorum pars adhuc ex Bello Sebastianico pars ex manifesto abnegationis fidei periculo eruta, redemerunt. 1614
- XXIX. REDEMPTIO XXIX. Anno M. DC. XVI. quā idem Paulinus (obses adhuc) per alios Fratres Athanasium Caravalho, & Petrum Fonseca LIV. Captiuos ex Algerio Vlyssipponem traduxit. 1616
- XXX. REDEMPTIO XXX. Anno M. DC. XVIII. quā idem Paulinus iam liber & F. Antonius ab Assumptione, ex Septensi territorio iussu Philippi III. C. LXXIV. Captiuos auult.
- XXXI. REDEMPTIO XXXI. Anno M. DC. XIX. idem F. Andreas & F. Antonius à Cruce istam perfecere apud Algerium, ex quo C. LII. Captiuos in patriam inuexere. 1619

XXXII. REDEMP TIO XXXII. Anno M. DC. XX. ijdem Fratres *Paulinus, & Antonius* illam solâ eorum fide executam in territorio *Sep tensi*, adeò ut CCC. LVIII. Captiuos liberos educerent. 1620

XXXIII. REDEMP TIO XXXIII. Anno M. DC. XXI. quâ ijdem & FF. *Andreas, & Antonius, ex Algerio D. Georgium Mascarenhas Castrum Mazzanij Gubernatorem* (quem cum uxore, familia, alijsque Mazzanij militibus, & accolis, Vlyssipponem sinistra nauigatione petentem, Turcæ sub vinculis conduxere) D. F. *Antonium Go uea Episcopum Syrenensem, ordinis S. Augustini, & alios C. L. Captiuos ab obscuris ergastulis redemere.* 1621

ALIQVI Scriptores Quatuor alias **REDEMPTIONES**, ab Anno relato ad M. DC. XXXVI. fuisse à *Fratribus Lusitanis* confessas asserunt, ast sine auctorum, seu Administratorum declaratione, & nomine nec specificâ Captiuorum redemptorum assignatione, & numero, ideò & Nos hac relatione contenti ad alia pergimus.

REDEMPTIONES GENERALES factæ à Religiosis Excalceatis eiusdem Ordinis SSS. Trinitatis, Congregationis Hispaniarum.

- I. **REDEMP TIO I.** Anno Domini M. DC. XXV. quâ Redemptoribus FF. *Gabriele ab Assumptione, & Sebastiano à Matre Dei, ex Tetuano* LII. Captiui à feruitute sunt exempti. 1625
- II. **REDEMP TIO II.** Anno M. DC. XXXII. quâ Redemptores idem F. *Sebastianus, & Gaspar à Regibus ex Tetuano, & Zale* LXIX. Captiuos à vinculis absoluérunt. 1632
- III. **REDEMP TIO III.** Anno M. DC. XXXIV. quâ idem F. *Sebastianus* ex speciali decreto Catholicæ Maiestatis ex *Zale*, & alibi LXII. Milites, & III. Pueros libertati restituit. 1634
- IV. **REDEMP TIO IV.** Anno M. DC. XXXVIII. quâ Redemptoribus FF. *Francisco à Cruce & eodem Gaspare ex Tetuano* LXXX. Captiui in libertatem sunt traducti. 1638
- V. **REDEMP TIO V.** Anno M. DC. XL. quâ *eisdem Redemptoribus* C. XIII. Captiui inter quos *Tres Fratres Minores* à dura feruitute redempti ad propria remearunt. 1640
- VI. **REDEMP TIO VI.** Anno M. DC. XLII. quâ *eisdem ipsis Redemptoribus*, ex *Algerio*, præter *Imaginem Marianam* CLVI. Captiui proprios lares inuiserunt. 1642
- VII. **REDEMP TIO VII.** Anno M. DC. XLIX. quâ FF. *Benedicto à S. Michael, & Michaële à Virgine ex Algerio* C. VII. Captiui redempti fuere. 1649
- VIII. **REDEMP TIO VIII.** Anno M. DC. LIV. quâ FF. *Antonius ab Spiritu Sancto, & idem Michaël, ex Tetuano* C. XXVI. Captiuos Hispaniam inuexere. 1654
- IX. **REDEMP TIO IX.** Anno M. DC. LVIII. quâ FF. *Michael prædictus, & Andreas à S. Ieronymo ex Algerio* C. XLIII. Captiuos extraxere, inter quos erant VI. Religiosi, Tres *Carmelite Excalceati*; alter *Minorum*, alter *Prædicatorum*, & alter è *Societate Iesu*. 1658

HACTENVS quas potuimus asserere **REDEMPTIONES** Fratrum SSS. Trinitatistam *Calceatorum*, quâ *Excalceatorum*; Quorum sacra familia longe adeò, lateque per Orbem odorem sui pijissimi instituti, Redemptionis scilicet Captiuorum, ab origine suo spirat, & usque in hodiernum diem fragrantissime effudit, ut sint qui affirment, per hunc Ordinem, usque ad Annum M. DC. Ordinis
huius elo-
gium.

XXXVIII. tantum CC. Millia Christianorum fuisse libertatem consecuta; peractis M. CCC. XLI. Redemptionibus Generalibus, ultra alias XX. quæ ad Annū usque M. DC. LI. fuere executæ. Quorum etiam Fratrum ferorem in illis exequendis adeò emicuisse, ut non solum ipsi bona sua, & sacra vasa, calicesque ipsos pro Redemptione Captiuorum alienauerint, verum etiam semet-ipsos usque ad mortem tradiderint, communi practicâ experitum.

*Crucem
pro corona
à Iesu re-
cipit.*

PRO Coronide illud obseruandum duximus à R. P. Bonaventura omisso, scilicet S. FELICEM adhuc in utero Matris existentem, coronam auream Puerto IESU tribuentem, eique IESU M suam Crucem tribuentem Eleonoram Matrem in somno vidisse, testantur Altuna in Chron. Ordin. lib. I. c. 2. & vetustus Hymnus, cuius nuper copiam accepi à F. Marcello à Spiritu sancto Excalceato huius Ordinis alumno, qui fere hæc omnia mihi suppeditauit, ut hoc loco reponerem. Hymni talis est series.

PRO S. FELICE DE VALOIS Hymnus.

TE polus sacra pietatis index
Approbat, FELIX, utero latentem:
Et tuos signis præit stupendis
Præuius annos.
Visus es IESU puero, Coronam
Conferens tanto sacra dona Regi:
Et Crucis IESU onus, ut subires,
Suaue rependit.
Astatu abiectos misero ut leuares
Pauperes, fletu tenero, crumenam
Obtines infans, ad amica Matris
Vbera pendens.
Creuit & tecum pietas, & ingens
Cùm fames latè populos grauaret,
Triticum in cellis auidis superno
Munere adauges.
A Deo, tensis manibus, triumphos
Impetas Patri, Moses ut alter,
Dumque Regalem pede spernis Aulam,
Te quoque vincis.
Laus tibi semper resonet suprema
Trinitas, quæ tot cumulare donis,
Et tuum terris celebrare seruum
Prodiga gaudes. Amen.

*Miracula
ad huc in-
fantulus.*

IN hocce Hymno etiam refertur, qualiter S. Vir, dum vbera Matris lactaret, abstulerit vi lachrymarum crumenam ab eleemosynario Patruelis Theobaldi, qua pauperibus subueniret. Necnon refertur, quod tempore famis benedixit Patris granaria ad famelicorum opem, quæ protinus cessauit egestas; Denique victoriam in bello Patri à Deo impetraret. Nunc alium vetustum Hymnum pro S. IOANNE subiungo.

PRO S. IOANNE DE MATHA,

Hymnus.

Mater IOANNES inclyta

Virgo tuis pranuntia

Natalibus, te prædicat

Captiuitatis gaudium.

Lactens adhuc ieiunijs

Artus tenellos oprimis.

Pensoque lactis abstines;

Sic Martyr in te præuius

Recto iuuentam tramite

Solers gubernas; Literas

Diviniores ehibis,

Miraculum Parisijs;

Sedit columna in vertice,

Spargens nitores igneos;

Quæ testis est incendij

Sacro latentis pectore.

Induta vultus Angeli

Virtus Dei te visitat,

Et quam sequareis præuiam

Præmenstrat optatam Crucem.

Plenus tibi sit Trinitas,

Æterna honor quæ secula

Ditas sacratio germine,

Quod te per auum concinat, Amen.

DENIQUE & Tertium Hymnum pro utriusque Patriarchæ gloria h̄c adnectere curabo, quem etiam ex vetustissimis schedis huius Ordinis deprompsit idem P. F. Marcellus.

O vos Ecclesiæ calica lumina,

Lucentesque Phari; Vos duo sydera!

In queis duplicitibus, ceū Polus axibus

Christi machina voluitur.

O FELIX nimium faustus, ET ò potens

IOANNES! geminis aureus Orbibus

Sol duplex; rutilis deinde nitoribus

Vestris terra beabitur.

O quam Religio, cui sacra præsidet

Splendens vestra Pharus pulchrior emicat!

O quales radios versicolor vibrat

Crux in pectore prominens!

*Vestro progenies stemmate Nobili
Alma, exinde Equitum nomine nascitur
A primis cui cognita crepusculis
Sparsit nobilitas decus.*

*Vestro à compedibus munere liberis
Captiuis, locuples orta Redemptio;
Vexabatque prius quos fera seruitus
Vobis cantica personant.*

*Sit per secula tibi gloria, Trinitas,
Quæ terras gemino sydere recreas;
Captiuis pretium sedula prouides
Et sanctæ Ecclesie decus, Amen.*

Qvì de hisce Sanctissimis Patriarchis ad amissim omnia elicere desiderat,
adeat Scriptores superius nominatos, & cæteros Ordinis chronographos; nam ad
Nostrí instituti pensum dicta sufficient.



V N D E C I M O

Kal. Ianuarij,

D I E S X X I I .

- A. ROMÆ natalis S. FLAVIANI Patris SS. Bibianæ, &
Demetriæ, atque Dafrosæ coniugis; qui Hispali in
Hispania Beticâ oriundus, urbis Expræfecturâ dona-
tus, illam omnium Ciuium ministrauit applausu, sed
à Iuliano Apostata propter fidem inscriptione damna-
tus, ad Aquas Taurinas relegatus, orationi vacans,
obdormiuit in Domino.
- B. SOLANÆ in Hispania Depositio sacrorum pignorum, S.
HONORATI Martyri Romæ paſsi; qua in Collegio
fratrum SSS. Trinitatis Excalceatorum piâ seduli-
tate seruantur, & honorificâ veneratione coluntur.

NOTÆ.



ANCTVS FLAVIANVS, origine Hispanensis, Romæ Expræfetus.] A.
Licet in aliquibus veteribus MSS. nomen huius Martyris FABIANVS scribatur, ut notauit Cæsar Baronius in *Martyrolog. Roman. lit. logia.*
B. fol. 773, tamen verum esse FLAVIANVM affirmat, sequenti
elogio: *Roma Sancti FLAVIANI Expræfetti; Qui sub Iuliano Apostata pro Christo inscriptione damnatus, & ad Aquas Taurinas in exilium missus, illuc orans spiritum Deo reddidit.* Conueniunt Dionysius Vazquez in *Castellan.* fol. 208. Ioannes Lupus in *Lusitan.* fol. 273. Ieronymus de la Higuera in *MS. Hispan.* fol. 66. De eo Philippus Ferrarius in *Catalog. SS. Ital.* fol. 783. Cæsar Baronius in *Annal. Eccles. Tom. 4. Ann. 362. n. 273* Iulianus Archipresbyter Toletanus in *Chron Ann. 354. n. 165. fol. 43.* Antonius Quintana-Dueñas *Histor. SS. Hispanens.* fol. 100. Rodericus Caro in *Corograph. Conuent. Hispanens. lib. 2. c. 11.* Eius ACTA breuiter coagulabimus ex superioris relatis Scriptoribus, qui ea ex ACTIS S. Bibiana filia desumpserunt:

ACTA S. FLAVIANI MARTYRIS,
Expræfeti Romanae urbis, origine Hispanensis
Hispani; ex Iuliano, & alijs.

FLAVIANVS, natione Hispanus, nobilissimis parentibus, apud Hispanum opulentissimam Hispaniæ Bæticæ ciuitatem, oriundus, qui postquam Christo nomen dedisset infantulus, & ad etatem pubertatis accederet Catholicus, uxorem duxit Dafrosam, feminam suo seculo illustrem, & omnium virtutum genere conspicuam. Qui cum in patrio solo per aliquot annos, fidei Catholicae mysterijs, & observationibus intenti permanerent, ex eorum coniugio Bibianam, & Demetriam speciosissimas virgines, filias suscepserunt. Illas Dafrosa Mater, iam salutaribus aquis tintatas, in omnium virtutum ministerio nutrivit; quo usque FLAVIANVS parens Romanum cum tota familia pergere destinauit; aut Principis munificentia vocatus, aut negotiorum causa compulsus, & in Urbe Maxima ingressus facile suorum illustrium facinorum, & virtutum fama per omnium Septem montium angulos locutuleia peruasit, & omnium ciuium corda compleuit; ita ut illico ad Expræfecturam Vrbis concenderet. Cuius muneris Magistratum adeo laudabiliter exercuit, ut, recto iure, alios Vir undeque beatus, si tempora fuissent tunc temporis meliora, mereretur. Munere igitur expleto, cum sauisimus Iulianus Apostata Imperij moderaretur habenas, & aduersus Christi membra, deposito fidei vinculo, toto Orbe desauiret, adeo ut plurimos, etiam Romæ, martyrio coronatos conficeret Vir Clarissimus, Imperantis rigorem despiciens, corpora occisorum Martyrum, colligere, & honorifice sepeliri disposuit. Hinc, cum eo ipso tempore satellitum manus Priscum Presbyterum, Priscillianum Clericum, & Benedictamfeminam religiosam, propter fidei confessionem, carceribus manciparet, & tandem saeiente Aproniano Prefecto, Christiani nominis hoste, cum Idola venerari non luissent, eos gladio feriri, & corpora projici inhumata præciperet. S. FLAVIANVS, ut suum Christianum morem exerceret, illorum cadavera suis eradicavit familiaribus sepelienda. Quæ cum Apronianus consuetudo perueniret ad aures, illum ad se accersitum, & verbis asperis obiurgatum ad carceris ergastulum deferri iussit. Quem cum nullo modo posset ad Idolorum cultum perducere, nullâ habitâ nobilitatis ratione, illum in fronte obsigna-

Origo, pa-
tria, &
parentes.

Matrimo-
nium, &
proles.

Roma Ex-
præfetus
eligiunt.

Marty-
rum cor-
pora sepe-
liri cura-
bat.

Capitur.

Tanquam
seruis in
fronte
stigmatur,
& in exi-
lium mitti-
tur.

Coronatur,
& sepeli-
tur, con-
iugi appa-
paret.

*Equilini
error con-
uincitur.*

*Quibus li-
teris, aut
signis.*

*Martyro-
logia.*

*Corpus
Hispaniam
transla-
tum.*

tum, siue inscriptum, quod genus ignominie stigmatio dicebatur, & Seruis irrogari consueverat, in exilium ad Aquas Taurinas, apud Centumcelas deportare mandauit. Post haec omnia eius bona proscriptis, ac Dafrosam coningem, & sanctissimas Virgines, Bibianam, & Demetriam, eius filias, carcerali iuisione in propria Parentis domo retinuit, donec aut Christum, eiusque fidem desererent, aut Idolis thura litarent, quibus renuentibus, & in confessione aeterni Sponsi perseverantibus, post Parentum suorum agones, diuersis diebus, ad martyrij lauream peruenere. Igitur FLAVIANVS ad locum exilij delatus, ibidem per Tres dies continuos in oratione persistens, & Redemptori suo coniugis, & filiarum constantiam commendans, oculis in cælum fixis, suum illi reddidit spiritum. XI. Kalendas Ianuarij, Anno Domini CCC. LXI. Qui nocte Dafrosam coniugem apparens, illam ad aeternam, quâ iam ille fruebatur, iuuit aeternam duraturam vitam Itaque FLAVIANI Corpus à fidelibus tumulatum, & honorifice conditum fuit, & tandem ad Montem Phisconem translatum, ibidem custodiatur, & colitur.

HACTENVS S. Martyris FLAVIANI, origine Hispani, ACTA. Cuius originis qualitatem multis superius Tom. I. Die IV. Ianuar. fol. 65. & Tom. 3. Die XXI. Ian. fol. 573. & hoc Tom. 6. Die II. Decembr. lit. A. probauimus, ideo in ea non est insistendum.

SED illud sub silentio omittere noluimus, scilicet Petri Equilini vafritiam, qui in Catalog. SS. lib. 2. c. 43. ausus sit dicere, S. Dafrosam, nostri Martyris coniugem, fuisse matrimonio copulatam cum S. Fabiano Pont. Max confundens FABIANVM, & FLAVIANVM. Ille temporibus Decij ad Annum CC.LIII. martyrio coronatus; iste Iuliani Anno CCC. LXI. vitâ exutus: quod & notauit Ferrarius supr. Die IV. Ianuar. fol. 7 & Quintana-Dueñas supr. fol. 102.

QVATERNVS dicitur in ACTIS S. Martyrem fuisse in fonte obsignatum, intelligendum est de pena ignominiosa, quâ serui fugitiui, & alijs criminis rei scripti qui? literis, & characteribus inurebantur, de quibus multa Baronius in Not. ad hunc diem lit. C. fol. 733. & Annal. Eccles. Tom. 3. Ann. 315. n. 30. vbi plura congesit. Sed quibus literis inurerentur, non aperit. Iustus Lipsius Elector. lib. 2. c. 15. Tom. I. fol. 645. asserit quod eorum fronti K. litera inureretur, quâ Calumniam scribebant. nostris temporibus in altera ex maxillis S. in altera hoc signum, clavi figuram præferens, & iunctis S. & † clavo, legitur SC L A V O, nostro idiomate, & Latino SERVVS de hisce Stigmaticis, Inscriptis, Lituratis, & Notatis plura apud Raderum ad Martial. lib. 2. Epigramm. 25. fol. 205.

B. S. HONORATVS Martyr. Romanus.] Eum apud Ostia Tyberina fuisse cum Demetrio, & Floro Martyrio coronatum indicant Vsuardus, Ado, & alij recentiores, à quibus Cæsar Baronius in Martyrolog. Rom. b. d. lit. D. fol. 773. sequenti clausula: Apud Ostia Tyberina Sanctorum Martirum Demetrij, HONORATI, & Flori. Conueniunt Dionysius Vazquez in Castellan. fol. 208 col. 2. Ioannes Lupus in Lusitan. fol. 273 Constantius Felicius in Ital. 2. p. fol. 207. Petrus Galesinius in General. fol. 173. col. 2. Philippus Ferrarius in Catalog. SS. Ital. fol. 784. & in Topograph. SS. verb. Ostia fol. 93. Nostri S. Martyris Corpus cum alijs, Urbani VIII. Pontificis Maximi munificentâ R. P. F. Ioanni de la Annunciation, olim eius Confessario indulxit, illudque in Hispaniam transferendum permisit, prout fecit, & Generali Commissario Ordinis Excalceatorum SSS. Trinitatis, distribuendum mandauit, & apud Solanam Oppidum in Provincia Martia, quæ hodie Mancha dicitur, situm, vbi Collegium illius Ordinis ædificatum conspicitur, hodie honorifice collocatum, & ab oppidanis summâ pietate cultum, vt ex supra relatis monumentis, quæ saepius transcripsimus, liquet, hoc etiam tempore perseverat. Acta prorsus perierte, vt inquit Ferrarius, ideo illa omisimus, hac tantum relatione subnixi.



DECIMO

Kal. Ianuarij.

DIES XXIII.

- A. TURBVLÆ in Bastetanis Hispania S. VICTORIAE Martyris, quæ cum C. Lucio Eugenio Turbulano despontata Româ Hispanias aduentasset effugiens, à Decij Imperatoris satellitibus comprehensa, post carceris molestias, & cruciatum angustias, gladio impedita decepit.
- B. AVRIÆ in Gallacia Hispania S. VINTILÆ Eremitæ, cuius sanctissimam vitam, & sanctitatis vestigia, sarcophagi epigraphe, & populorum deuotio, anniversarijs demonstrationibus manifestant.
- C. VALENTIAE in Edetanis Hispania S. PETRI NICOLAI Factoris, qui ex Ordine Minorum egregius Ecclesiastes, sic fuit scientiâ, & virtutibus insignis, sic in prælatura munere zelator acerrimus, sic prophetico splendore donatus, ut ad quamlibet natus virtutem videretur ex integro, tandem miraculis clarus migravit ad Dominum.
- D. TOLETI in Carpetania Hispania Depositio sacrarum exuuiarum S. VICTORIAE Virginis, & Martyris Roma passæ, quæ in Monasterio fratrum SSS. Trinitatis Excalceatorum, honorifice custodiuntur, & cultu debito venerantur.

NOTE.



ANCTA VICTORIA Martyr Turbulana in Hispania.] Huc usque A. apud Martyrologos creditum est, Nostram S. Virginem martyrio ^{Martyro-} fuisse coronatam Romæ, vt indicant Beda, Vsiardus, Ado, & logia. Cæsar Baronius in Roman. Martyrolog. b. d. lit. A. fol. 774. sequenti elogio: Romæ S. VICTORIAE, Virginis, & Martyris, quæ in persecutione Decij Imperatoris, cum esset despontata Eugenio Pagano, & Mart. Hisp. Decemb.

*nec nubere vellet, neque sacrificare, post multa facta miracula, quibus plurimas Deo virginis aggregauerat, à carnifice percussa est gladio in corde, rogatu sui sponsi. Quibus adhaerent recentiores Dionysius Vazquez in Castellano. fol. 209. Ioannes Lupus in Lusitan. fol. 273. col. 2. Constantius Felicius in Ital. 2. p. fol. 209. Petrus Galesinius in General. fol. 174. Quæ assertio prorsus euanevit, cùm ex ACTIS ipsius Virginis tam à S. Adelelmode Laud. Virginit. lib. 2. quam abs Equilino in Catalog. SS. lib. 1. c. 83. Adone apud Surium Tom. 6. fol. 304. ex recensione Mosandri, & Philippo Ferrario in Catal. SS. Ital. fol. 784. constet, S. Virginem cum sorore Anatholia Româ expulsam, & ad prædia Eugenij sponsi delatam, ibidem, eo iubente, coronas martyrij, & castitatis accepisse. Ergo verbum ROMÆ, in Martyrologijs relatis, haut quaquam de martyrio, sed de cultu, accipiendo erit: & ideo Constantius Felicius *supr. d. fol. 208.* prorsus locum palæstræ doctus omisit his verbis: *VITTORIA vergine & martyre nobilissima Romana; la quale hauendo, sotto Decio Imper. immitando à Anatholia, recusato il matrimonio d'Eugenio Paganino, per Christo, gli sui da lui fatto tagliare il capo.* Sed quo loco martyrium compleuerit Virago sanctissima inquirendum erit. S. Adelelmus, ad TRIBULANAM vîbem reiicit, Equilinus ad Tibulanam, Ferrarius ad Thoram amendant; sed quâ Prouinciâ, hæc Tribulana, aut Tibulana ciuitas fuerit, nec Adelelmus aut Equilinus indigent. Omitto Thoram quia Ferrarius errorem contraxit, & locum passionis Anatholiae sororis, cum loco martyrij VICTORIAE confudit. Sed quem locum omiserunt Martyrologi, & corruptum ediderunt Adelelmus, & Equilinus genuinum, verum, & consignatione Prouinciæ integrum, nobis suppeditarunt Flavius Dexter in Chron. Ann. 255. apud Biuar. n. 4 fol. 282. his verbis: *Item hoc eodem tempore (licet alij sub Imperatore Pio Aurelio malint) in Hispania apud TURBULAM Batestanorum, in populis Marsis, S. VICTORIA, aufugiens Româ ad Hispanias, ubi prædia erant eius sponsi, venit; postque tempus aliquod XXIII. Decembribus, virginitatis lauream, martyry laude, pro Christi fide passa, egregie cumulat.* Sequitur Luitprandus in *Aduersari. n. 90.* apud Ramirez fol. 477. hac periodo: *ROMÆ habetur celeberrima S. VICTORIAE Virginis, & Martyris, domo Romanæ, memoria: quæ fugiens ab sposo Eugenio in Hispaniam, ad Prouinciam Marforum in Bastetanis, passa est ibi, in Ciuitate TURBULA, quam corrupto vocabulo TOVARRAM Sarraceni vocanere, ubi celebre condidit sacrarum Virginum Monasterium, & ibi passa est.* Eadem Julianus Archipresbyter Toletanus in Chron. Ann. 254. n. 97. fol. 29. hac serie: XXIII. Diem Decembis, S. VICTORIA Virgo, natione Romana, fugiens in Hispanias ne Eugenio, cui despensa fuerat, nuberet, venit in Ciuitatem TURBULAM in Bastetanis, quæ nunc vulgo TOVARRA, & ibidem gloriose passa est. Sed & Aulus Halus in Carmine MS. cuius partem dedimus supra Tom. 4. Die IX. Jul. fol. 96. eadem asseruit sequentibus versibus, ultimam partem carminis, vbi loquens S. Anatholia prosequitur, domus.*

*Me sequitur Soror insignis VICTORIA Virgo;
Cuius & Eugenius sollicitauit hymen.
TURBULA nos ambas suscepit, & limina nostris
Præstitit Hispana laboribusque pia.
Nostraque cùm postquam tandem sociâlia iura
Nosceret inuidia, separat ipsa duas.
Hic VICTORIA prorsus iam redimita corona
Duplicis officij, Virgoque Martyr adest.
Ecce utraque in cœli perrexit lumina Virgo:
Ecce utraque & Martyr astra recursat ouans.*

His igitur sic delibatis, proculdubio in ACTIS S. Virginis apud Adelelmum, & Equilinum irrepsit mendum in loco palæstræ, quod vt emendes, TURBULAM

An Roma
passa?

Quod non;
probatur
ex Actis.

Sed quo
loco coro-
nata?

Probatar
apud Tur-
bulam
Hispania.

L A M repone. De Nostra S. Virgine , extra relatios videssis Biuarium ad Dextr.
*d. Ann. 255 n. 4. fol. 285. & 286. Rodericum Caro ibid. lit. T. fol. 88. D. Franci-
 cum Cascales Hist. Carthagin. & Murt. Discurs. fin. c. 2. fol. 423. F. Alfonsum de Var-
 gas Histor. Hortan. §. 3. n. 3. fol. Ann. 255. fol. 12. P. Franciscum de Bilches Hist. Gien-
 nens. 1. p. c. 15. fol. 41. & Histor. Beaciens. lib. 3. c. 20. D. Martinum Ximena Annal.
 Gienensis. Ann. 255. fol. 54. ACTA ex B. Adelelmo dabimus : -*

Scriptores.

**ACTA S. VICTORIÆ VIRGINIS
 Romanæ , & Martyris Turbulanæ in Hispania
 ex Adelelmo Episcopo.**

TEMPORE quo Decius Mundum ditione tenebat ,
 Milibus Christi mortis discrimina condens :

*Extitit in Roma binarum forte Sororum
 Fama nitens, validis pulsans rumoribus aures.*

Virgo Romana.

*Quas nullus poterat tormentis vincere tortor,
 Quamlibet insontes multaret cade cruentâ ,
 Ut vita Auctorem superatâ à mente negarent.*

*Altera de geminis felix ANATHOLIA dicta ,
 Altera sed tenuit verum VICTORIA nomen.*

Nomen
Virginis.

*Has igitur sponsi , claris natalibus orti ,
 Quos felix Hispania pridem emisit in urbem ,*

*Ad prolem generis studuerunt iungere nuptis.
 Sed mens virgineis ambarum torrida flammis*

Sponsus
Hispanus.

*Stupras luxurie combusit torre pudoris ,
 Spurcitas Mundi contemnens corde caducas .*

Bona sua
in pauperes
distribuit.

*Spargebant gazam, simul & patrimonia dantes
 Aurea calcabant roseis crepundia gemmis ;*

*Cunctaque pauperibus monx ornamenta misellis
 Largitant, sibi nil seruantes , athera vincunt.*

*Nuntius è claro pennatus lapsus Olympo
 Flammeus aspectu , niueo splendore coruscus ,
 Sceptrum qui nitidum dextra gestabat in alma
 Ambas compellat tali cum voce Puellas :*

Angelus
ei apparer.

*Nunc procul à vestro pallorem pellite vultu ,
 Pectore nec pauido quatiens timor ilia pulset :*

*Dùm vobis thalamus Paradisi sede locetur ;
 In quo perpetui nunquam consortia Sponsi*

Ad virgi-
nitatem
seruandam
allicit.

*Deficient penitus ; sed gaudia longa manebunt ,
 Dùm vos virginitas comes indefessa sequetur.*

*Amba seruabant casta consortia vita ,
 Angelus ut dederat Sanctis præcepta pudoris ,*

Visque fugam vita mors marcida hymen habebat ,

Latrans, & populans vitali pectora flatu.
 His igitur gestis stringuntur saua procorum
 Pectora, lethifero zeli maculata veneno;
 Dum cernunt amplum sponsas expendere censem.
 Interea Romam linquens VICTORIA Virgo,
 Exul in exilium Turbulanæ ducitur urbis,
 Quæ fuit Hispanas inter memorabilis olim;
 Quo draco funestus ruetabat flamina ventris
 Lympida, lethifero corrumpens aëra flatu:
 In tantum, ut ciues, vasto crepitante tumultu,
 Linquere iam vellent pollutam flatibus urbem,
 Exoslatebras, horrens quas bellua tenebat.
 His igitur miseris spondet VICTORIA Virgo,
 Credula si Domino pandant præcordia Christo
 Lurida pestifero linquentes Idola cultu,
 Ut dicto citius truculentam flamine Dypsam,
 Quæ turmas vulgi mulctabat strage cruenta,
 Pelleret è populo, dum vellent credere Christo.
 Quod dum sponderent, concordi voce, cateruae,
 Squamigerum proturbauit mox Virgo chelydrum,
 Et procul in vacuas iussit se ferre salebras.
 Mox Draco crudelis, sermonum pondere pressus,
 Obscurum liquit squamosa pelle tigillum.
 Sic Virgo felix, athrali lata triumpho,
 Ingentem explosit, sancta virtute, colubrum,
 Ut nunquam post hac serpens irrumperet antrum:
 Sed procùl abscedens, incultis exulat aruis.
 Fusserat ut Dypsam, verbo terrente, migrare,
 Ciibus impendens, expulsonatrice, palmam:
 Tunc petijt ciues felix vernacula Christi,
 Quatenus in crypta sibi, natrix unde nefandus
 Aufugit, pariter dignentur condere cellam.
 Mox veneranda Dei supplex ut Virgo poposcit
 Cellam, continuò populus construxit, & Aram,
 In quibus ipsa Deo copulauit castra sororum.
 Insuper & decies senas iunxere puellas,
 Quæ precibus crebris laudarent voce Tonantem,
 Odis Davidicis modulantes carmina sancta.
 Tunc procus Eugenius Delubri flamine fretus,
 Thurifificent iussit, munusque litare Diana.

S. Victoria
 exilium in
 Turbulam,
 urbem
 Hispanie.

Vbi Dra-
 conem pro-
 fligat.

Ibique cel-
 lam virgi-
 nibus con-
 struit.

Cœnobium
 condidit,
 quod LX.
 Virginibus
 praefuit.

*Alma sed imperium spreuit complere nefandum.
Idecirc gladium stricto mucrone vibrabat
Crudelis tortor, fundendo fluenta cruenta:
Virgineos artus roseo qui rore rigauit.
Mox interfector sensit discrimina palmae,
Arida marcescens torpebat dextra lacerti.
Insuper expertus calloso corpore lepram,
Vermibus atque scatens efflauit flamen in auras.*

Gladio
percutitur,
& corona-
tur.

Tortor is
vindictam
sumpsit
Numen.

Hæc sunt ACTA veriora, & genuina, nam quæ haec tenus *Enrricus Canisius*, & ab eo *Mosandrus* edidere, mutila, & decurtata videntur. Nos illa ex MS. *Gar-
sie de Loaysa* satis vetusto, & alio *Scurialensi* vetustissimo extracta, ab ipso Docti-
fimo Viro, desumpsimus, & eruditiris fruenda dedimus.

Acta in-
tegra ex
Codice

Quatenus ad originem Hispanam ex vrbe *Turbula* in *Bastetanis Hispanie*, *MS. Loay-*
Luitprandus in *Aduersar. n. 93.* cuius textum recensuimus supr. d. Tom. 4. fol. 99. se.
asserit, C. Lucium Eugenium Nostræ S. Virginis, & Martyris sponsum fuisse
Ciuem Turbalanum, quem sequuntur *Biurius* d. Ann. 155. n. 4. fol. 285. & 286.
Cascales, *Vargas*, *Bilches*, & *Ximena*. Sed inter hos Quatuor ultimos conten- Nomen, &
tio, circa situm, quo hodie TURBULA respondeat. *Cascales* & *Vargas* sequen- origo Eu-
tes topographiam *Luitprandi*, & *Iuliani*, situm vrbis illius statuant in Oppido geny.
ToVARRA dioecesis *Carthaginensis Hispanie*, vbi D. *Genesius Gomez* illius Paro-
chus, egregium S. VICTORIÆ Virginis, & Martyri Oratorium extruxit, ut in-
quit *Vargas* fol. 12. *Bilches* & *Ximena*, TURBULAM, hodie respondere To- Turbula
BARIAE, Oppido *Giennensis* dioecesis, contendunt; ideoque in eadem, Duplici
Officio fuere festum condecoratum ab Eminentissimo S. R. E Cardinali D. ac
D. meo D. *Balthasar Moscoso*, & *Sandoual*, tunc *Giennensi* Episcopo, nunc Ar- cui oppido
chiepiscopo *Toletano*, & Hispanie Primate, affirmant. Sed quorum sit præci- respondeat,
& Iuliani auctoritas, quibus impugnare; religio erit. *Carthagi-*
nensem,
Gien-
nensem,
dissenso.

S. VINTILLA Abbas, & Confessor.] Vitam eremiticam duxit apud Ecclesiam B. S. Mariae Puginensis in dioecesi *Auriensi Gallacia*, non procul ab eadem Ciui- Martyro-
tate, vbi sanctitate coruscans, inter Sanctorum agmina adscribi promeruit, sic logia. Arnaldus VVion in *Martyrolog. Monast. lib. 3. fol. 401.* Hugo Menardus in *Benedictin. fol. 108.* Philippus Ferrarius in *Catalog. General. SS. b d. fol. 484.* his verbis: *Apud Auriam in Gallacia S. VINTILLÆ, Monachi, & Eremita. Ieronimus dela Higuera MS. Hispan. fol. 65.* idem Philippus Ferrarius in *Topograph. SS. verb. Auria. fol. 18.* De eo Ambrosius Morales *Histor. Hispan. lib. 15. c. 22.* Ioannes Marieta *Histor. SS. Hispan. lib. 6. c. 34. fol. 158.* M. Aegidius Gonzalez Chronographus Regius in *Theatr. Eccles. Castell. Tom. 3. fol. 376.* Benedictus Gononus in *Vit. SS. Occidental. lib. 4. fol. 270. & 271.* vbi ACTA huius sanctissimi Eremitæ, *Scriptores.* hac serie describit:

*ACTA S. VINTILLÆ MONACHI,
Eremitæ, & Abbatis Monasterij Puginensis
prope Auriam in Gallacia, ex Bene-
dicto Gonono.*

VINTILLA, natione Hispanus, Patria Gallæcus, apud Auriam il-
lius Prouinciae urbem, Cathedrali Sede condecoratam, haut infimis paren-
tibus ortus, ab eis in Dei timore educatus, scholisque traditus, cum esset
bonæ indolis bonos fecit progressus. Erat autem misericordia in pauperes
principis, & castitate honestus. Qui cum ad adolescentia florem peruenisset,

Orig. pa-
rentes, &
studia.

vitia,

Fit Monachus, & Eremita.

Et Pater Monachorum.

Moritur, & tumulatur.

Epitaphium.

Cultus.

C. Martyrologia.

Scriptores.

vitia, carnisque voluptates, quæ illam etatem sequuntur, fugiebat, & crescens corpore, crescebat & virtute. Valde autem capit ad vitam solitariam anhelare; quare opportunitate nocte, Parentes latenter deferens, Monachus factus est, & paulo post, Eremiticam vitam, quam tantopere concupierat, amplexus est, apud Ecclesiam S. Mariæ de Pugin, non longe ab Auriensi ciuitate. Ibidem degens, ieunijs, & vigilijs corpus atterebat, multaque à Dæmonibus ei illatas molestias, ope Omnipotentis Dei viriliter superauit: sed & plurium factus ascetarum Pater, illos in Sancta conuersione continuit, Monasticam, & eremiticam regulam edocens, adeò ut totius Gallacia terminos eius doctrina, & sanctitatis fama penetraret; quâ innumeris Mundi illecebras relinquentes, ad S. Viri magisterium accurrerent. Tandem multis miraculis clarus, nam cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, alijsque ægrotis sanitatem restituit. Sicque in sanctis operibus perseverans, demum migravit à seculo, ut Dei mansionibus cohereret, Die XXIII. Decembris, Anno Domini DCCC.XC. Cuius sacrum Corpus à fratribus in egregio marmoreo sepulchro tumulatum, adhuc colitur, in quo hac epigraphe:

HIC REQVIESCIT FAMVLVS.
DEI VINTILLA. QVI OBIIT.
X. KALENDAS IANVARIAS
ERA. DCCCC. XXVIII.

Aliud, quod possit percurrere deuotio, & calamus perstringere, nequaquam antiquitas suppeditauit, vt inquit Moralius *d.lib.15. cap.22.* qui Ecclesiam Pugnensem intra Archidiaconatum Castellæ, diœcesis Auriensis, includi fatetur, addens, *S.Eremitæ nomen, & memoriam in magno pretio esse apud Aurienses, ita ut ei cultus vndique exhibeat, eiisque sarcophagum veneretur. Cetera Deus scit.*

B. NICOLAVS FACTOR Minorida Valentinus Confessor.] Eius memoria celebris est apud Valentinos, & Ordinis Seraphici alumnos, ita ut in Tabulis mereatur Ecclesiasticis inscribi, vt probant Octavianus Caietanus in *Martyrolog. Si-cul.h.d.fol.146.* Arturus à Monasterio in *Frascan. b. d. fol.586. lit.B.* sequenti elo-gio: VALENTIA in Hispania B. PETRI, NICOLAI, FACTORIS, Confessoris, ac Concionatoris eximij: Qui scientia, & magnis virtutibus præditus, sape Guardiatus munere functus est; debinc spiritu propheticō plenus, & miraculorum multitudine, ante, & post obitum, nunc usque coruscat. Ieronimus de la Higuera in *MS. Hispan. fol.65.* Philippus Ferrarius in *Catalog. General. SS. fol. 485.* De eo Gonzaga de Origin. Ordin. Seraphic. 1. p. & 3. p. Conuent. 9. Prouint. Valent. Barezzus in Chron. Minor. 4. part. lib 8. à cap. 1. usque ad cap. 56. Hilarion Acosta Histor. Cathol. lib. 3. fol. 509. Tossinianus Histor. Seraph. lib. 1. fol. 128. Carthageñia Hom. Cathol. de Arcan. Deipar. lib. ultim. §. 1. Elzearius de Sacr. Mont. Oliuet. lib. 3. cap. 4. 6.8. & 11. Picquetus in *Catalog. SS. Minor. fol. 31.* Marianus lib. 5. cap. 57. Daza in Chron. Minor. 4.p.lib.4.cap.3. Grauina in Voce Turtur. 2.p.cap.24. Ioannes Maria-ta Histor. SS. Hispan. lib. 17. cap. 31. Salazar in Chron. Prouint. Castell. lib. 3. cap. 15. & lib. 5. cap. 22. Bozius de Sign. Eccles. Tom. 2. lib. 9. cap. 13. & lib. 12. cap. 21. Gaulterius in Geograph. Secul. 16. Coccius de Sign. Eccles. artic. 11. Rapinæus in Histor. General. Recollection. 1. part. Introduct. §. 49. Eius ACTA prolixo calamo typis edidit Valentia Ann. 1586. P. Christophorus Moreno, Prouincia Valentinæ Minister Prouincialis, à quo omnes superius recensiti, Illam per synopsim dabimus, ob memoriam tanti Viri, cum & non constet de eius Beatificatione, licet petitâ.

*ACTA B. PETRI NICOLAI FACTORIS
Ordinis Minorum alumni, Hispani, Valentini
ex Christophoro Moreno, & aliis
Scriptoribus.*

PETRVS NICOLAVS cognomento FACTOR Valentinus Hispanus, natus est Valentiae Anno M. D. XX. ex Vincentio Factore Syracusano Siculo, Matre Ursula Estaña Valentina ex Villa Albaydæ, Die XXIX. Iunij, & sacro fontis lauacro ob Petri Apostolorum Principis reverentiam, vocatus fuit PETRVS. Qui ab infantia cœpit Deo inservire, in simplicitate, vita candore, & timore Domini; hinc pietati, ieiuniis, & charitatis exercitiis deditus erat. Xenodochia pauperum singulis diebus visitabat, & languentum, leprosorum, aliorumque agrotantium manibus pedibusque ardentiſſima infigebat oscula. Egenis cibos porrigebat, malens, pro Christo ipſe esurire, quam famelicis ex corde necessaria non præbere. Adolescens factus Franciscanum habitum, in Conventu Deiparæ, Valentino induit in eoque per XLIV. annos continuos sanctissimè perseverauit. Anno M. D. XXXVII. Die XXX. Nonembri, Nouitiatum cœpit; & finito probationis tempore, admissus est ad professionem, Dominicâ primâ Aduentus, Anno M. D. XXXVIII. Pulcherrimus erat facie, sed pulchrior mente, & spiritu; utpote donis fermè omnibus, siue naturæ, siue gratiae decoratus. Acediam summè fugiebat, de rebus cœlestibus frequenter colloquebatur: artes liberales optimè callebat. Sacra Theologia egregiam operâ nauauit, ita ut breui Concionator eximus euaserit. Carnis macerationi, ieiuniis, disciplinis, & orationibus iugiter intendebat. Fuit prorsus abstinentissimus, & solo pane, & aquâ, vel quodam iuscule reficiebatur, ita ut sapius tribus, vel ultra diebus, à cibo abstinnerit. Erat etiam somni parcissimus, nam super tabulam ligneam, vel aſſeres, cum perpetuo cubaret, & pro puluinari capiti lapidem supponeret, totas noctes in ſomnis agebat. In media hyeme stagnum nudus ingressus, illuc tribus horis carnis laſciuam ſedauit. Sapientis orationi inſtans, exētaſim Vir admirabilis patiebatur. Altissimam paupertatem, & mansuetudinem, profundissimamque humilitatem, adeò excoluit, ut ex animo cederet omnibus, nihilque ſibi gratijs accidere poterat, quam ab aliis reprehendi, redargui, pefſundari, atque vilipendi. Sanctam obedientiam arctissimè amauit, cuius rei gratiā, Magistri Nouitiorum, & iuuenum acceptauit, licet iniuius, officium, & plures Guardianatus, atque Diffinitorius munere functus est. Cilicio vtebatur ad carnem, & nudis pedibus ambulabat, necnon solo habitu, & unâ tantum tunicâ uestiebatur. Puritate conſcientiæ pollebat, castissimus fuit, & ab omni inquinamento libidinis alienus. Tentationibus variis haut caruit; ſed hiſce Demonum suggestionibus numquam subiacuit, immo has omnes, Diuino fretus auxilio, facile denicit. Paſſionem Dominicam ſapè meditabatur, ac deflebat, ſummè exoptans, eodem dolores in ſe ſentire, quo filius Dei pro nobis in Cruce ſuſtulerat. Hinc dum autem ſemel compatiua quadam teneritudine, in Dominicum laterale vulnus raperetur eiūſque meditationi, intimis cordis visceribus intenderet, tali, tanquam doloris anguſtiā transfixus dicitur, transformatus omnino, & in alterum hominem versus, videretur. Itaque ab eo tempore, quoties prefati vulneris, vel amarissima Paſſionis Dominicæ, ſive inter concionandum ſive inter celebrandum, ſive inter aliquid aliud faciendum, meminiffe contigerat, raptus, atque in exētaſim factus, per plures horas ſine ſensu exercitio manebat, & poſtea latus, & doctus à Patre laminum, mirabilia propalabat, hinc de eo dictum:

Origo, parentes, & nasciuitas.

Fratribus Minoribus adhaerit.

Concionator eximus euaserit.

Virtutes S. Viri.

Christi paſſionem meditabatur.

Cuius recordatione in exētaſim raptur.

Dùm gustas FACTOR Domini dulcissima verba,
 Raptus es in cælum, perfruerisque Deo.
 Inde rediſ latus, cælesti nectare plenus,
 Atquè doces, cælum scandere quâ liceat.

A Christo,
 Deipara,
 aliisque
 Diuis visi-
 tatur.

Prophetia
 dono illu-
 gatur.

Tribunal.
 S. Offici
 conseruan-
 uandum
 esse, peti-
 bat.

Moritur,
 & sepeli-
 tur.

D.

Translatio
 S. Corporis
 in Hispani-
 am.

Denique eius erga Augustissimum Eucharistie Sacramentum deuotio, adeò excellens fuit ut vix exprimi queat. Quid denique de eius gratia, quâ Christum Dominum, non iam visibilibus illis speciebus velatum, sed in propria forma, videre promeruit, referam? Pluribus, variisque modis à Christo est consolatus; sed maximè suâ praesentiâ. Saepè etiam visitatus est à Glorioſa Virgine Deipara, Dño Ioanne Euangelista, S. Ursula, Virgine, & Martyre, & aliis. Benè, recteque de omnibus sentiebat, de nemine iudicium proferens. Mirum verò in modum compatiebatur iis, qui in mortali peccato perseverabant. Quamobrem, ut Deus eorum misereri dignaretur, sepe sepiissimè ad sanguinem usque scipsum flagellabat. Postquam enim semel per quatuor horas continuas Sagunti coram Venerabili Eucharistie Sacramento, orationi incubuisse, eiusque facies inter orandum, ad Solis infar, uniuersam Ecclesiam collustrasset, ita se per integrum horam flagellis, pro iis, qui mortali noxâ circumdati erant, cecidit, ut totum circum quaque paucimatum sanguine resperserit. Posthac spiritu Prophetico abundantissimè illustratus, multa prædixit futura, quampluraque miracula edidit. Quâ de causa B. Ludouicus Bertrandus, Ordinis Prædicatorum alumnus, Vir sanctissimus, de ipso NICOLAO - FACTORE, quem optimè cognoscebat, loquens, dicere solitus erat: Pater NICOLAVS FACTOR, cum huius mundi accola sit, Paradisum obtinet, atque cœlestibus alterius vitæ deliciis fruitur. In multis, & continuis exstasi raptibus, sepius communimurando vitam Regis Catholici commendabat, Ecclesiae exaltationem, & pacem inter Christianos Principes appetebat, sed illud maxime in sensu persistebat, scilicet S. Inquisitionis Tribunal, tanquam Hispaniæ propugnaculum aduersus hereticorum insidias, conseruandum, multis audientibus, dum in raptu persisteret, efflagitabat. Tandem omni sanctitate conspicuus, fidei, spei, & charitatis plenus, & omnibus virtutibus redundans, sacramentis munitus, & Angelorum agmine circumdatus, è vita discessit in Conventu S. Virginis Marie de Iesu, Valentino, Die XXVIII. Decembris, Anno M. D. LXXXIII. Etatis sua LXIII. Cuius sacrum Corpus ibidem post aliquot dies tumulatum, miraculis clarere cœpit. Quare Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus, Anno M.D.LXXXVI. & Consules Valentini, bis commoti litteras supplices dederunt, ad Sixtum V. Pont. Maxim. pro canonizatione S. Viri: cuius auctoritate delata causa tanta rei ad consilium, & examen, nunc à sacra Rota expedita est.

Hæc sunt per synopsim ACTA, qui casus speciales, prolixa enarratione, legere cupit, adeat Hispano sermone F. Christophorum Moreno, & Latino Barezum d. lib.8. vbi ad amissim; & Arturū Monasterio d. fol. 586. §. 2. & seqq. Cætera quæ de hoc B. Viro recensentur, alias dūm canonicè fuerit sancti titulo donatus, dabit. S. VICTORIA Virgo, & Martyr Romana.] Diuersa à Sorore S. Anatholie: Cuius sacrum Corpus ex Coemeteriis Romanæ vrbis extractum, iubente Urbano VIII. Pont. Max. illudque concedente, R.P. F. Ioanni ab Annunciatione Ordinis SSS. Trinitatis Religioso Excalceato Hispano, eius pro tempore Confessario, in Hispaniam ad R.P. Generalem totius Ordinis cum aliis emissum, Monasterio Toletane vrbis distribuit, vbi honorifice collocatum, & populo arculâ ligneâ deauratâ expositum, ibidem custoditur, & colitur, hoc die, cum penitus ignoretur Sanctæ Virginis, & Martyris Passionis dies. Quæ omnia liquent ex Autographis, & Diplomatibus sèpè saepius à Nobis recensitis, vbi extractionem à coemeteriis, translationem in Hispaniam, & distributionem pro Monasterio Toletano Lector addiscere valebit.

NONO

N O N O

Kal. Ianuarij,

D I E S X X I V.

- A. BVRDIGALÆ in Aquitania S. DELPHINI ipsius urbis Episcopi, qui Pampilonæ in Vasconibus Hispaniæ natus, illius Metropolitica Ecclesiae, ob Sanctitudinis, & doctrinæ acumina, infulas induit; post Cæsaraugstanæ Synodo intersuit, quâ Priscillianum damnauit, quem Romam proficiscentem, è suâ expulit diaœsi. B. Paulinum Nolanum aquâ lustrali perfudit, & Barcinonem ad Lampum Episcopum, ordinandum dimisit, tandem virtutibus clarus, in pace, quietuit.

N O T A E.

SANCTVS DELPHINV Burdigalensis, Episcopus, & Confessor.] Ce-
lebrem commemorationem de hoc Sancto Præsule agit S. Pauli-
nus Nolanus Sedis Episcopus, ad quem Epistolas 15.16.17.18. & 19. logia.
luculenter scripsit; eiusque cum horificentissima laudum accla-
matione scribens ad Amandum Episcopum Epistol. 21. & 24. me-
minit; hinc in Albo Sanctorum Vniuersalis Ecclesia reponere decreuit, vt ex
Cæsaris Baronij Martyrol. Roman. h.d.lit. F. fol. 778. liquet; hac clausulâ : Burdigalæ
S. DELPHINI Episcopi, qui Theodosij tempore claruit sanctitate. Conueniunt
Dionysius Vazquez in Castellan. fol. 210. Ioannes Lupus in Lusitan. fol. 275. An-
dreas Saussay in Gallican. Tom. 2. fol. 1029. Philippus Ferratius in Topograph. SS.
verb. Burdigala fol. 27. De eo Seuerus Sulpitius in Histor. Sacr. lib. 2. ex editione Scriptores.
Galefinij fol. 173. & in edito Lugduni Batauor. cum Not. Var. fol 443. Aulus Halus
Poëta Burdigalensis, & ciuitate Toletana donatus in MS. Carmine, hac serie :

Mart. Hisp. Decemb. DDdd 2 PRO

PRO S. DELPHINO PAMPILO
nensi, & Episcopo Burdigalensi Carmen,
ex Aulo Halo.

Pampilona tuos construxit prouida, DELPHIN,
Ortus primaeos, cuiusque sacra paras.
Burdigala ast tibi pergrandes concessit honores;
Munera cui soluens, hac tibi soluit ouans.
Cæsar is Augustæ sedens in conclave Patrum
Dogmata Priscilli tundis & ipse fidus.
Paulini tandem (Nolana Präful in urbe
Posthac) baptismo tu geris ipse chorum.
Protinus ad Lampum, quem Patrem Barcino noscit,
Presbyter utque fiat, mittis amicus eum.
Post meritis plenus, faues, eniam ductus in Astra,
Hispanisque tuis, Burdigalisque meis.

Robertus in Gall. Christian. tit. de Episcop. Burdigalensi. fol. 173. Baronius in Annal. Eccles. Tom. 4. Ann. 374. n. 12. Tom. 5. Ann. 398. n. 11. & Ann. 431. n. 89.
Franciscus Biuar. ad Dextr. in Chron. Ann. 384. n. 7. fol. 404. & Ann. 396. n. 1. fol. 420.
A quibus omnibus ACTA coagulabimus.

ACTA S. DELPHINI EPISCOPI
Burdigalensis, Confessoris, origine Pampilonensis,
ex Varijs Scriptoribus.

DELPHINVS, natione Hispanus, ex Pampilonensi urbe, Nauarrei Regni Metropoli, oriundus; qui postquam ad Presbyteri manus, suis intercedentibus meritis, accessit, ad Burdigensem in Aquitania beatus Presbyter infulam euocatus, illam omnium plausu, & acclamationibus induit. Serpebat tunc temporis Priscilliani heretici persida, & abominabilis heresis, quæ plurimos licentiosa dogmatis libido depascere visa est. Cui tanto malo ut occurserent illius seculi Patres, & Catholici Pastores apud Cæsar-augustanam urbem Nationalem Synodum indixerunt, quæ S. DELPHINVS interfuit, & ibidem ea praestitit consilio, & auctoritate, in fide, ac iustitia tuenda, profligandaque heresi, & improbitate, quæ sanctissimus, idemque sapientissimus Episcopus potuit, ac debuit impendere. Latâ itaque ibi in absentes damnationis sententiâ, eo quod Hæretici Salinianus, Elpidius, Priscillianus, & Instantius noluerunt sese iudicio tot singularium Antistitum committere, omnes Presules ad propria repedantes, canones Synodi, ut vigilissimi Pastores in suis diaecesis obseruabant. Quibus suffultus S. Präfus, & decreto Gratiani Imperatoris nuper edito, quo uniuersi hæretici exceedere, non Ecclesijs modo, aut urbibus, sed extra omnes terras propelli inbebantur, cognito, quod hæreticorum manus Romam ad Damnum Summum Ecclesiæ Vniuersalis Pontificem proclamans, Burdigalam, fuisset ingressa, ad virus suum diffundendum, protinus illam ab urbe, & uniuersa ditione turbam hereticam amandauit. Post hac cum Paulinus ad veræ fidei cognitionis apicem diu iam protractus, baptismatis fonte tingi concuperet, & nomen Christo dare satageret, à Sanctissimo Pontifice DELPHINO sacro Baptismate expiatus, ad Lampum Barcinonensem Praefulem

Origo, &
patria.

Episcopa-
tus.

Interfuit
Concilio
Cesaran-
gustano.

Hæreticos
expellit è
sua dia-
cessi.

salem iam minoribus ordinibus initiatuſ emittitur, vt ab ea ſacris & maioriſ ſacraſetur. Igitur DELPHINVS Paſtoris boni munia iſtantiuſ executuſ, quā prädiuſ erat cæleſti facundiā, ciuium ſuorum animoſ ad cul- tum ſincerum Numiniſ, contempnū temporalium & aeternoruſ deſideriuſ admodum inflammauit. Eā cūm diuinā polleret virtute S. Antifeſtis, mortuo Gratiano, edictuſ à Maximo, qui Imperiuſ per illiuſ necem inuaſerat, emanauit: quō Prifcilliani tot motuſ per hæreſim, & noua facta cienteſ, in Epifcopali iudicio cauſam diſquiri iterum iubebatur. At quod S. Praeful eminentia doctrina, & ſanctitati in Epifcopatu antecelleret; ideo ut cæte- roſ Epifcopoſ in Burdigalam confluereſt, quatenus ſab tanii Pontificiſ per- ſpicacibuſ oculiſ reſ traſfigeretur, mandatum eſt. Conuenere eō libenter Orthodoxi Epifcopi, Prifcillianuſ, & Iſtantiuſ eodem deduci, iſte prior cauſam dixiſ, ſed cūm ſe expurgare non valuiſſet, Patrum ſententiā, & Epifcopatu muñere indignuſ, & prorsuſ hæretiſ promuntiatur. Quod Prifcillianuſ agnoſcens demū ad Imperatorem Maximum prouocauit, & re infecta Synodus diſſoluitur. Cæteruſ S. Antifeſtis, tot feſſuſ pijs laboribuſ, quibus Dei gloria, Eccleſia decuſ, fidei integritatē, erroruſ excidiuſ, pietatiſ augmentuſ, moruſ puritatē, disciplina vigore, iuſtitie cultuſ Templorum ornatum, animarum conuerſionem, & cæteruſ omnia ad ſuī mu- neris complementuſ, ſemper curauit, & prouexit, ad ultimum viuē terminuſ perueniens, ſacramen‐tis munituſ, ſanctitate illuſtriſ, & Confessoriſ tituluſ ſublimatus in Domino obdormiuit IX. Kalend. Ianuarij circa Annum Domini CCCC. vel circiter. Cuiuſ virtutuſ, & illuſtrium facinoruſ mul- titudo, vt in Sanctorum Tabulis reponeretur, optimo iure premeruit.

En Nostri S. Pontificiſ Burdigaleſis & patria Pampilonenſiſ ACTA integra, & genuina, in quoruſ relatione nihil quod dubitet ſciupulofa calumnia poterit inuenire, cūm iam ex Carmine Auli Hali probata pateſcat origo Hispana, ex vrbe Pampilonenſi.

Quod interfuiſſet Synodo Caſarauguftanae, extra Auli Carmen, expreſſuſ eſt locus S. Seueri Sulpicij d.lib. 2. Biuarius ad Dextr. d. fol. 404. Andreas Sauffay d. fol. 1029. & seq. & cæteri omnes ſuperiuſ relati. *Synodus Caſarauguftanae.*

CIRCA expulſionem Prifcilliani, & ſocioruſ ex Burdigala, eiusque ditione, Author eſt idem Sulpicius d.lib. 2. hiſ verbiſ: At tum Iſtantius, Saluianus, & S. Vir hæ- Prifcillianuſ Romam profecti, vt apud Damasum, Viſbiſ eā tempeſte Epifcopum, ob- reticos pro- iecta purgarent. Sed iter eis präter interiorem Aquitaniam fuit: vbi tunc ab imperiis pellit. magnifice ſucepti, ſparſere perfidiæ ſemina: maximeque Eluſanam plebem, ſane tūm bonam, & religione ſtudentem, prauis prædicationibis peruertere. A Burdigala per DELPHINVM repulſi. Cui ſententiæ cæteri conueniunt.

Quatenus dicitur in Actis ab eo S. Paulinum baptiſtum ſucepiffe; Ipſe Baptiſtæ Paulinus Epiftol. 16. ad Delphin. 2. fol. 173. ex recenſione Roſuueydi: & clariuſ Paulinum. Epiftol. 45. fol. 400. hac periodo: Nam ego & ſi à DELPHINO Burdigalæ baptiza- tuſ, à Lampio apud Barcilonam in Hispania per vim inflammata ſubito plebiſ ſacra- tuſ ſim; tamen Ambroſij ſemper & dilectione ad fidem nutriuſ ſum. Probant Biua- riuſ d. fol. 420. & Ruſuueydus fol. 663.

DE Concilio Burdigaleſi in cauſa Prifcilliani, Flauius Dexter in Chron. Ann. Concilium 388.n.1. vbi Biuar. fol. 412. Sulpicius Seueruſ d.lib. 2. fol. 446 in Varior. & fol. 175. Burdigar. n. 73. in Galesin. editionibis. Cæteruſ communia, quaꝝ probatione non indigent, leſſe. cūm omnia digeſſerit etiam Sauffayuſ, poſt carmen Auli Hali Nostri.

Paulinum
ſacro bap-
tismate
tinxit.

Burdigale
Concilium
indicatur.

Moritur.



O C T A V O

Kal. Ianuarij.

D I E S X X V .

- A. HISPANIAE celebris est festivitas NATIVITATIS Domini Nostri IESU-CHRISTI secundum carnem.
- B. BLETISSÆ in Hispania Citeriori Depositio sacrorum pignorum SS. IACOBI, ISAACII, & JOSEPHI Pastorum, qui primi Domini Natalem ab Angelis exaudire meruerunt, illumque infantem primitus adorarunt.
- C. CORDVBÆ in Hispania Batica S. NARCISI Martyris, qui pro Christi fide comprehensus, quia idolis thuralitare recusauit, cruciatibus expositus, & ad mortem damnatus, ad æterni gaudij requiem, gloriosus festinavit Atleta.
- D. TOLETI in Carpetania Hispania S. BONITI huius nominis II. ipsius urbis Episcopi, qui S. Boniti I. consanguineus, eius virtutes, & vita actæ mores aequali calculo exhaustus, tandem Confessor celebris in Domino quieuit.
- E. NAIARÆ in Hispania Citeriori Translatio S. EVGENIAE Virginis, & Martyris, Romæ passæ; Cuius sacra lipsana in ipsius urbis Ecclesia Maiori honorifice custodita, & piâ religione coluntur, & celebri anniversario venerantur.
- F. SOLANÆ in Hispania Depositio Sacrorum pignorum Sanctæ EVGENIAE Virginis, & Martyris, qua ex Cathecumbis Romanae urbis extracta, & in Monasterium fratrum SSS. Trinitatis Excalceatorum adiecta, ibidem honorifice requiescunt.

NOTÆ.

NOTE.

NATIVITAS D. N. IESV. CHRISTI secundum carnem.] Anno à creatione Mundi, quando in principio Deus creauit cœlum & terram, V. M. C. XCIX. A Diluvio vero, Anno II. M. DCCCC. LVII. A Natiuitate Abrahæ, Anno II. M. XV. A Moyse, & egressu Populi Israël de Ægypto, Anno M. D. X. Ab vñctione Dauid in Regem, Anno M. XXXII. Hebdomada LXV. iuxta Danielis prophetiam; Olympiade C. XCIV. Ab Vrbē Roma condita Anno DCC. LII. Anno Imperij Octauiani Augusti XLII. toto Orbe in pace composito, Sextâ Mundi ætate, IESVS - CHRISTVS æternus Deus, æternique Patris Filius, Mundum volens, aduentu suo piissimo, consecrare, de Spiritu-Sancto conceptus, Nouemque post conceptionem decursis Mensibus, in Bethlehem Iudeæ nascitur, ex MARIA Virgine, factus HOMO. Communis isthæc festiuitatis solemnitas est, ab Apostolicis constitutionibus exordium sumens, vt indicat S. Clemens Papa lib. 5. *Conſt. Apoſtol. c. 13. & lib. 8.c. 39.* ideoque Vniuersalis Ecclesia illam à nascentis fideitempore celebrauit, & honorifice coluit, & patet ex omnium tam antiquorum, quam recentiorum, *Martyrologijs*, Sanctorum Patrum Sermonibus, & Homilijs, Ecclesiarum vniuersi Orbis Officijs, & ritibus, Constitutionibus, & decretis Summorum Pontificum, Imperatorum Orthodoxorum statutis, & legibus, & denique Sanctorum reuelationibus, & miraculis, ideo super hoc non erit cur tempus teramus.

SED Quæſtio est, *Quo mense, quâ verò Die Christus fuit natus?* In qua diuersorum sententias intueor. PRIMA sit *Egyptiorum*, qui hunc festum celebrabant, eo die, quo Ecclesia Romana Epiphaniam, vt referunt Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 1.c. fin. Ioannes Cassianus Collat. 10.c. 2. Origenes Adamantius in *I. Opinio.* Homil. 8. ad Diuers. Epiphanius Heres. 51. Quam reciſcit S. Ieronymus in Ezechiel. lib. 1.c. 1. SECUNDUM est *Armenorum*, qui hanc solemnitatem agebant Die V. Ianuarij, quos Eugenius IV. Pont. Max. reduxit, & in Concilio Florentino decretum edixit, quo hoc Die festum Natiuitatis Domini celebrandum sancuit. TERTIA est *Beroaldi*, & *Burdi*, qui Christum natum esse Menſe Septembri affirmare sunt ausi. Quos Iacobus Gretserus de Die Natal. Domin. lib. 1.c. 4. & sequent. ad amissim conuincit. QVARTA est, quam Ecclesia Vniuersalis amplectitur, scilicet Christum ex Virgine natum VIII. Kalendas Ianuarias, id est, XXV. Die Mensis Decembris, cùm Sol esset in signo Capricorni, & Cancer diuidum cœli teneret, Librā adhuc duo brachia in Oriente monstrante, & Aries in Occasum rueret, vt Baptista Mantuanus in Fast. Sacr. h. d. fol. 92. per pulchre cecinit, hisce carminibus:

Nox erat, & Capro iunctus tellure sub alta
Sol gradiens nostri radiabat sydera cœli:
Cancer in excelsō stellati cardine Mundi,
Dux Signorum Aries, Libræ duo brachia in Ortu;
Cum Soboles diuina Nouem iam Mensibus actis
Prodijt; & Christus terris apparuit Infans.

HINC etiam QUÆSTIO insurgit, quo scilicet Hebdomada Die natus fuerit? Cedrenus credidit Christum Dominum Feria IV. natum. Sed hæc opinio reiſcit authoritatibus Hesichij, Anastasijs Sinaitæ, & Niceni, & Auctori Homil. 16. in Apocalypſ. apud Augustinum, natum Feria VI. contendit, quos sequitur Iacobus Bequinius in Kalendar. Apostol. fol. 33. Ast hoc euenisſe die Dominico recenset Nicephorus

Quo tempore natus Christus?

Huius festiuitatis antiquitas, & solemnitas.

Quo die, & mense natus?

II. Opinio.

III. Opinio.

IV. Opinio.

Quibus signis cœlestibus natus?

Nicephorus *Histor Eccles.* lib. 1.c. 12. Durandus de *Diuin. Offic.* lib. 6.c. 13. Canisius de *B. Virgin.* lib. 4.c. 10.

*An clau-
so vtero
natus?*

Nunc & alia se offert QuæSTIO, an Christus clauso utere natus? Affirmatiuam sententiam omnes tam veteres Patres, quam recentiores Theologi aduersus haereticos tinentur, scilicet, B. Virginem Dei-Genitricem clauso vtero peperisse Saluatorem, & Christum clauso Matris vtero hunc Mundum ingressum esse; sicut postea, clauso, & obsignato permanente sepulcro resurrexit, & clausis ianuis ad Discipulos introiuit: idque haut secus factum esse quam Solis radij concretam vitri masam penetrant, neque frangunt tamen, aut vllâ parte laedunt. Sic Nazianzenus in *Traged. Christ. Patient.* Ieronimus in *Apolog. contr. Iouinian.* Theodoretus *Dialog.* 2. Maximus de *Natal. Dom. Homil.* 2. Gregorius Magnus in *Euangel. Homil.* 26. Fulgentius de *Laud. B. Mar. Serm.* 1. Bernardus de *Resurrect.* *Serm.* 1. Bellarminus de *Eucharist.* lib. 3.c. 6. Origenes Adamantius de *Divers. Homil.* 1. Ambrosius de *Institut. Virgin.* c. 7. & 8. Ildephonse Noster de *Virginit. & Parturit. Mar.* citans hos versiculos ex Hymno S. Ambrosij:

*Fit porta Christi peruvia,
Refecta plena gratia,
Transitque Rex, & permanet
Clausæ, ut fuit per secula.*

S. Augustinus *Epistol.* 3. *ad Volusian.* & *de Ciuitat. Dei lib.* 2.c. 8. Damascenus *lib.* 4. *de Fid.* c. 15. & alios innumeros, quos refert Georgius Coluenerius in *Kalend. Marian.* Tom. 2.b.d. fol. 415.n.4. quos omitto, ut tibi Epigramma S. Ildephonsei Toletani Nostri nondum editum, & in meo Codice MS. reconditum, de hoc mysterio referam:

*Ecce Deum & Hominem peperit Sanctissima Virgo:
Virgo sed ipsa simul, Temporibusque Tribus.
Ante diem partus, in partu, postque viciissim
Virgo remansit ouans, intemerata manens.
Illud & egregium concessit munus & illi
Christus; quod clausus sic remaneret uter.
Seu speculi radius, qui flammœus undique Solis
Stamina cum penetrat, nec pereunte vitro:
Seu cum Christus idem stetit sub marmore clausus
Sarcophagi, & surgens nil patiturque lapis:
Seu quando ad proprios ingressus, corpore, fratres
Ianuis & clausis, quas fere noxa quatit:
Sic Christus, Matris uterum sine labe relinquens,
Prodijt, ut mundi noxia quaque lauet.*

Red & Aluarus Gomezius Toletanus insignis Poëta Latinus, & sui seculi Virtutissimus, de quo saepius diximus, Homopoli S. Ildephonsei sententiam secutus, haec carmina in *Thalichristia lib.* 6. fol. 46. col. 2. scripsit:

*Venerat alma dies, & cœli plena decoris
Hora nitens, maculis solitoque decentior vestis,
Ter Phœbe in triplices monstrarat cornua Menses;
Cancer in aquorei supremo culmine regni
Horrida vicino stringebat frigora Lano
Nox erat, & medij per amœna silentia somni*

Lata serenato cantabant sydera calo.

*Nascitur ecce Deus, non laque viscera Matris
Linquit, ut ante fuit manerunt claustra Beatae
Virginis, & verum vero est de corpore natum
Filius, ignoto genitrix qua sola marito.*

Sed de his satis, videndi Coluenerius, Robertus Obrizius, Baptista Masculus, Tres soles
Eaptista Mantuanus, Aluatus Gomezius, Henricus Coccus, Emanuel Pimen- appaue-
ta, & alij. qui carmine hanc Domini Natiuitatem scripferunt. Illud hic non erit runt in
mittendum quia in Hispanie Nostrae laudem exoritur, scilicet, quod eo ipso Hispania
tempore, quo Christus nasceretur visi sunt Tres Soles postea in unum coeuntes; Natalis
ita Flavius Dex. in Chron. Ann. 2. Lucas Tudensis lib. 1. Chron. Histor. Reg. Alphons. Domini.
lib. 2. cap. 107. D. Thom. in Summ. 3 p. q. 46. art. 3. à quibus Ioannes Vassalus, Am-
brosius Morales, Padilla, & cæteri Rer. Hispánie Scriptores.

SS. IACOB, ISAAC, & IOSEPH Pastores, qui Christo nato adfuerunt.] Eos fuisse san- B.
ctitate illustres indicat Flavius Dexter in Chron. Ann. 1. apud Rodericum Caro. Tres fuere
lit. C. fol. 3. Franciscum Biuarium fol. 11. n. 2. Quem secutus Venerabilis Beda de Pastores
Loc. Sanct. c. 8. hæc verba recenset: porro ad Orientem in Turre-Ader, id est gregis, consig. Do-
Mille passus à Ciuitate Bethleem segregata est Ecclesia, TRIVM PASTORVM, Natiuita-
Diuina Natiuitatis conciorum, monumenta continens. Numerique qualitatem post tis.
Dextrum, & Bedam Luitprandus in Chron. Ann. 938. apud Tamayo fol. 77. & apud
D. Laurentium Ramirez Ann. 944. n. 347. fol. 440. affirmat, & post eum Julianus
Archipresbyter Toletanus in Aduersar. n. 297. & 298. D. Bernardus in Vigil. Nati-
uit. Sermon. 6. Cæsar Baronius Annal. Eccl. Tom. 1. Ann. 1. n. 7. Maldonado in Luc.
cap. 2. num 9. Suarez in D. Thom. Tom. 2. 3. p. q. 36. Distinct. 14. Section. 1. Ioannes de la
Haye in Triumph. Veritat. cap. 9. num. 11. vers. 21. Franciscus Panigarola Compend.
Ann. Eccl. fol. 112. Ioannes de la Puente in Conuen. Monarch. lib. 2. cap. 33. §. 2.
Christophorus de Castro Histor. Deipar. c. 7.

SED cùm iam nouerimus eos fuisse TRES, & sanctitate conspicuos, eorum Eorum
nomina scire conuenit, quo & die occubuisse, & quo loco repositos, aut transla- Translatio
tos. Debitum hocce soluat Julianus d. n. 297. & 298. his formalibus verbis: Nunc
maxime florent BLETISSÆ prope Salmanticam TRES SSS. PASTORES, translati ex in Hispa-
TURRE-ADER, Hierosolymas, & inde Bletissam in Hispanis Obierunt eodem die, niam.
scilicet XXV. Decembris, Anno post Christum natum XL. iam etate graues, miraculis Dies, &
illustres, vita, omni etate sanctissime peractæ. Nomina horum, ut in quibusdam Libris Annus
legi, IACOBVS, ISAACVS, & IOSEPHVS, inter se cognati, & ut creditur virgines, ex obitus.
urbe Nazareth honesto loco nati, erant Opiliones. Adlati fuisse creduntur à quodam Nomina
Bletissano post Annum DCCCC. D. Thomas Tamayo in Not. ad Luisprand. fol.
232. de hac Translatione loquens prosequitur: Cuius quidem rei non adhuc abolita corum.
memoria penitus est. Nam BLETISSÆ, siue LEDESMÆ, in quodam sacello Ecclesiæ
S. Petri visitur hodie marmoreum monumentum, in quo ex antiquissima populi id ultro,
constantérque afferentis, traditione, à quodam Bletissano Equite, condita olim fuerunt
CORPORA Trium illorum quibus

::::: Prius ignaris Pastoribus ille
Emicuit, quia Pastor erat.

Adhuc me-
moria, &
lipsana
apud Ble-
tissam.

Ut ait Sedulius Nostras. Illorum Duo CAPITA integra, Tertium aliquantulâ parte
diminutum; vetustatem colore referentia, vñà & triplex pedum, pastoritâ muneric
insigne, etiam in receptissima assertionis testimonium demonstrantur. Hoc est, quod de
hisce Pastoribus recensere potuimus.

S. NARCISSVS Martyr Cordubensis in Baetica.] Licet S. E. Cordubensis fortè tan- C.
torum Sanctorum Martyrum numero decorata, & oppleta, nonnullorum res-
puat solemnitates, inter quos numeratur NARCISSVS, fortassis quia eius res
Mar. Hisp. Decembr.

EEC gestas

Martyrologia.

Scriptores.

gestas ignorauit, tamen iam in posterum, nequaquam cultum tanto Martyri exhibendum subterfugiet. Cum iam Diem cultus, passionem, & cætera vitæ ACTA ei ob oculos proponimus. Igitur S. Martyris memoriam hoc die recolunt Philippus Ferrarius in Catalog General. SS. fol. 486. his verbis: CORDUBÆ in Hispania S. NARCISSI Martyris. Jeronymus de la Higuera in Hispan. MS. fol. 65. De eo D. Laurentius Padilla Histor. SS. Hispan. fol. 35. Ioannes Vassæus in Chron. Ann. 306. verb. Corduba. fol. 649. Tom. 1. Hispan. Illustr. Marineus Siculus de Reb. Hispan. lib. 5. Ioannes Marieta Histor. SS. Hispan. lib. 2. cap. 30. fol. 47. Martinus de Roa de SS. Cordubensis. fol. 139. col. 2. Qui omnes tantum nomen Nostri Martyris exprimunt, omisiss tempore, & agone: quorum ignorationem iam Cyprianus Archipresbyter Cordubensis, & Poëtico spiritu, maximè in Sanctorum elogiis conscribendis, & sarcophagis decorandis, conspicuus, absterget, & omnia hucvsque, aut confusa, aut ignorata restituet in Epigrammate S. NARCISSO dicato, quod ex MS. Codice Auli Hali damus, sic:

Corduba NARCISSVM colit: illum Batica laudat:
 Hinc utraque & Ciuem cognoscit ipsa Patronum.
 Tempore quo Decius Romana enectus in Arce
 Christicolum saevis iam persequebatur ouile,
 Carceris arumnas patitur NARCISSVS, & una
 Tortoris diras plagas; sed Numine dextro,
 Omnia peruicit constans Agonista Beatus;
 Donec mucroni tetendit colla libenter.
 Martyrium tandem compleuit, munere Christi,
 Quo die iam Christus, tergens suspiria Patrum,
 Virginis ex utero vidi Orbis limina nascens.

Acta per synopsim ex Carmine. Ex cuius Epigrammati ecphrasi colligitur, S. NARCISSVM, fuisse Ciuem Cordubensem in Bætica, ibidemque cultu debito cumulatum, & Patronatus munere insignitum. Eum insuper tempore Deci Imperatoris, ad Christi Annum CC. LII. vel circiter, ob fidem Catholicam comprehensum, ergastulo mancipatum, cruciatis expositum, & tandem capitali sententiâ damnatum, gladio percussum Die XXV. Decembris, martyrij coronâ redimitum, ad superos euolasse. Hæc de S. Martyre coagulabimus, aliis alia addere valebit.

D. S. BONITVS huius nominis II. Episcopus Toletanus.] Duos fuisse huius nominis Praesules Toletanos videtur innuere temporum intercedo, cum alium fuisse patescat, cui B. Virgo cappam dedit: alterum successorem Ioannis. De illo Luitprandus Ann. 859. n. 300. fol. 431. Julianus Toletanus in Chron. n. 440. & 441. quem obiisse referunt Anno DCCC. LXII. De isto, hoc est, de Secundo, idem Luitprandus in Chron. Ann. 892. num. 317. fol. 434. his verbis: Ioanni Toletano succedit in sede BONITVS, Secundus, Vir egregie mentis, & satis prouidus in pauperes, & suos. Qui eum obiisse scribit idem Luitprandus in Chron. Ann. 902. n. 322. fol. 435. ad Annum DCCCC. II. Sed & Tertium BONITVM, Toletanum Antistitem insinuat ipissimus Luitprandus in Chron. Ann. 936 num. 342. fol. 437. hac periodo: Basilio succedit BONITVS Tertius: sedet Toleti annos duos, qui obiit Anno DCCCC. XXXVIII. cui Ioannes seruus Dei succedit in sede, & annos Decem sedet.

Quos Catalogus re- amandat, sicut & Garsias de Loaysa, & D. Thomas Tamayo, necnon D. Didacus Ca- cipiat? stejon Episcopus Turiasensis. Quibus difficultatibus obrutus supra Tom. 1. Die XV. Ianuarii fol. 164. quidquid tunc potui ediscere recensui, & adhuc quid re- feram ignoro, Doctoribus reliquens, ut omnia hæc prolixius penitent, & quæ tenenda sint, edoceant. Quibus illud edicere non ambigam, vt Julianei Codicis

Codicis farraginem editam demirentur, quanto glosematis vitio laborent verba Iuliano tributa in Collect. Var. Carmin. fol. 155. vbi sic legitur, nomine Iuliani : Eiusdem Ildefonsi Carmen de Syagria patruelē sua.

Gloemma
in Codice
edito Iu-
lianī dete-
gitur.

Nunc Ophilonis ego soboles Syagria nupsit

Theodato Aruernā nobilitate pari.

Inquè Gothis Ophilo, sed Aruernā gente maritus,

Vir fuit apprimè nobilis, atquè pius.

Coniugio durante viro peperisse BONITVM

Contigit, in multis optimus iste fuit.

Mira canunt Puero, seclis voluentibus avi

Euentura, Deus sospitet ista mihi.

Emorior; consorte thori, atque superstite Nato:

Cum Matre & charo Progenitore cubo.

Indulget si multa Deus mihi criminā clemens,

Æternā requie fors erit inde frui.

Qui legis hæc, effunde preces, pro méque rogabis,

Aſſiduā Numen candidus ipſe prece.

Ophilo fuit frater Stephani ; qui Ophilo habuit filiam nomine Syagriam, quæ data est in matrimonio Viro ex stirpe Romana, nomine Theodato ; ex quo matrimonio genitus est BONITVS, qui fuit Vir mira sanctitatis, & humilitatis, cui factò iam Aruernorum Episcopo, dedit B. Virgo vestem miro candore. Obiit post Annū Domini DCC. Filius patruelis S. Ildephonſi Toletani. Quis hæc legit, & cachinnum non mouet? Quo modo potuit S. BONITVS huius nominis I. Toletanus Antistes, &uo S. Ildephonſi in rerum natura existere, si S. Ildephonſus diem clausit extremum Anno DC.LXXIV. & S.BONITVS I. Toletanus ad huius Ecclesiæ Matheculmen non peruenit vsque ad Annū DCCC. LIX. ut ex Luitprando, & In- liano superius probauimus, & inter Ildephonſum & Bonitum effluxere C. LXXXV. anni: Ergo perperam S. Ildephonſo illud Epigramma tribuitur, & vafre Iulianum talia verba dixisse somniatur. Itaque deinceps Eruditus illud expugnat glofemma, ne Iuliani apud Doctos patiatur auctoritas.

TRANSLATIO Sacrorum pignorum S. EVGENIÆ Virginis, & Martyris Roma- E.
na.] Huius Sanctissimæ Virginis, & Martyris agonem, non solum Latini, sed & Menolo- Grati descriptsere, licet diuersis diebus. Græcorum Menologium præcedenti Die, gium, & apud Canisium Lect. Antiquar. Tom. 2. fol. 939. Latinorum Martyrologia b. d. Sic Martyro- logia. Beda, & Vſuardus; sic Cæſar Baronius in Roman. b. d. fol. 781. lit. E. hoc elogio: Ro- me in cœmeterio Apronianii S. Eugeniae Virginis, quæ tempore Gallieni Imperatoris, post plurima virtutum insignia, post sacros virginum choros Christo aggregates, sub Nicetio urbis Praefecto diu agonizans, nouissimè gladio ingulata est. Conueniunt Diony- sius Vasquez in Castellan. fol. 210. col. 2. Ioannes Lupus in Lusitan. fol. 276. Ieronymus de la Higuera in Hispan. MS. fol. 65. Constantius Felicius in Ital. 2. p. fol. 211. Petrus Galesinius in General. fol. 174. col. 1. & cætera recentiorum. De ea Alci- Scriptores. mus Auitus de Laud. Caſtitat. lib. 6. cap. 20. Vennantius Fortunatus de Gaud. Vict. atern. Carm. 1. Adelelmus de Virginitat. lib. 2. Ex Nostris Ambrosius Morales Histor. Hispan. Tom. 3. lib. 15. c. 54. fol. 207. Ioannes Marieta Histor. SS. Hispan. lib. 4. c. 39. fol. 106. Antonius de Yepes in Chron. Benedict. Tom. 6. Ann. 1052. c. 8. fol. 136. D. Prudentius de Sandoual Histor. Pampilonensi. fol. 45. & Nos supr. Tom. 2. Die XXVI. Mart. fol. 414. Adeſt in Breuiar. Muzarab. seu Isidoriano facer Hymnus, quem poſtea dabimus. Eius ACTA Philippus Ferrarius in Catalog. SS. Ital. b. d. fol. 802. addita Translatione conſcribit, eadem transcribemus:

*ACTA S. EVGENIÆ VIRGINIS,
& Martyris Romanae, cuius Corpus quiescit in
Hispania, ex Ferrario.*

Origo, &
parentes.

Habitu
virili in-
duta inter
Monachos
recipitur.

Melan-
tiam à fe-
bre Quar-
tana curat.

Qua amo-
re capta,
sed illusa,
eum stupri-
accusat.

Sed ma-
mellarum
offensione,
eius inno-
centia de-
tegitur.

Pater Vir-
ginis coro-
natur, &
ipsa Ro-
manam re-
dit.

EVGENIA Virgo, Philippo Aegypti Prefecto, Commodo imperante, Patre, & Claudiâ Matre, Roma nata est. Quæ cum Patre Alexandriam profecta, literis, & philosophia operam dedit, ita ut annos XVI. nondum nata, sapientissimos quoque superare videatur. Cum autem S. Pauli Apostoli Epistolæ ad eius manum peruenissent, easque legisset, vanitatem Deorum cœpit cogitare, ac erga Christianam Religionem affici. Urbe aliquando ingressâ, vna cum Protho, & Hyacintho eunuchis, cum Monachos psalmos canentes, ac eum presertim versiculum, Omnes Dij Gentium Dœmonia, Dominus autem cœlos fecit, obuios habuisset, ijs verbis commota, cum eunuchis de Dijs, & de Christianorum fide pluribus differens, eos in suam sententiam traxit, ut falso Deorum cultu rejecto, Christi fidem amplecterentur. Quare ipsa virili habitu induta, ut inter Monachos recipetur, vna cum eunuchis ad Monasterium profecta, ab Helleno Episcopo cum socijs baptizatur (cum primis, qui essent, Deoreuelante, prænosceret Antistes) ac habitu monachali induitur. Cumque Eugenius appellaretur, ac in disciplina Regulari proficiens omnes antecelleret, ita ut fama sanctitatis, editis miraculis, peruagaret, Melantia nobilis Matrona Alexandrina opulentissima, cum febre Quartana laboraret, ad Monasterium, in quo Eugenius moram trahebat, perrexit; à quo oleo benedicto tincta, sanata recepit. Quæ in recepti beneficij gratitudinem, Triavasa argentea Ecclesia Monasterij donauit. Quâ liberalitate Eugenius alleatus, cum aliquando Alexandriam profectus Melantiam visitasset, illa Monachum, virum sufficata, & eius amore capta, ad sua libidinis assensum illum pertrahere conatur. At Eugenius ab ea incassum monita, ut eam cogitationem noxiā deponeret, elapsus Monasterium repedauit. At Melantia timens, ne eius impudicitia ab Eugenio detegeretur, illum preuenire decreuit. Quare multis comitata, Philippum Praefectum adit, sibi que ab Eugenio Monacho vim illatam in propria domo queritur, vix se clamoribus ab eius manibus euasisse, dicens, Continuo Praefectus Eugenium adduci iubet. Cui dixit: Hæc sine sunt, quæ vos docuit Christus vester, Matronas violare? Eugenius verò ad hæc oculos humi defigens, ne attollens agnosceretur à Patre, maiorem criminis suspicionem efficiebat. Cumque Melantia verbis, ac seruorum testimonij urgeret, Eugenius si succumberet, hanc calumniam Christiano nomini obfuturam ratus, eam sic repulit, cum aliter non posset falsis coniuctus testibus. Nam ueste à collo ad pectus discissâ, se fæminam, non virum, ostensione mamillarum, omnibus admirantibus, demonstrauit; ac ad Praefectum conuersa, se EVGENIA M eius filiam esse, cur, & quando cum eunuchis, & quod discesserit, ac ubi vivisset, aperuit; parentibus, & fratribus ad eius amplexus, & oscula rueribus, & prælatitia cum omni ciuitate lachrymantibus. Interè Melantiae domo de cælo tactâ, illa misere cum omni eius familia, igne consumpta est. Quo miraculo non modo parentes, & fratres EVGENIA, sed & magna Gentilium pars ad Christum conuersi, baptizati sunt. Quibus Seuerus, qui Commodo successerat, & Praefecturam Philippo prorogauerat, cognitis, successorem missit, qui illum nolentem Dijs sacrificare, interficeret. Eo itaque martyrio affecto, EVGENIA cum Matre, fratribus, & eunuchis Romam rediit, ut ibi Christo Domino cum alijs virginibus vacaret. Cum vero Basillam virginem nobilissimam ad Christum perduxisset, ab eius sponso apud Imperatorem accusata, Nicetij Vrbis Praefecti iussu comprehenditur, à quo interrogata: Quis te Magiam sic docuit, ut tibi Dij Magni etiam pa-

rere cogantur? Respondit: Si ita est, vt ais, cur tu eos Deos veneris, & non potius eum, in cuius nomine Dijs tuis impero? Ducta verò ad Dianaë Templum, eique sacrificare iussa, cùm Deo preces fudisset, subito terræ motu Delubrum contremuit, Idolumque confractum est. Quod cum Imperator accepisset, illam saxo ingenti alligata in Tyberim precipitari iussit, sed illâ diuinitus solutâ, super undas incedens, ad ripam incolumis peruenit. Rursus autem comprehensa, ac in ardente fornacem iussu Imperatoris injecta, cùm in medio flamarum inuiolata diu fuisset, in obscurissimum carcerem sine cibo, & potu truditur, in quo cùm dies Decem fuisset cibo cœlesti recreata, ad ultimum viua, & incolumis præter opinionem reperta, gladio percussa feliciter triumphanit, VIII. Kalend. Ianuarij, Anno CC. LXI. Cuius Corpus Claudia Mater in Via Romana, hanc longe ab urbe sepelinit. Illudque postmodum Benedictus VII. Pontifex Maximus Garsiæ Regi Nauarre, Anno M. LII. cum alijs Reliquijs transmisit, idque in Monasterio S. Mariæ Naxarensi idem Rex honorifice collocauit, ubi adhuc custoditur, & colitur. Praestante D. N. Iesu-Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto regnat in secula.

Compre-
henditur.

Hæc sunt ACTA à Philippo Ferrario digesta, & genuina, quæ proculdubio ab Scriptoribus Ecclesiasticis sunt probata. Illa etiam in sacro Hymno Muzeabrum Breuiarij Isidoriani concinnata describuntur; cuius hic tenor.

Coronatur,
& sepeli-
tur.Hispaniam
transfor-
tur.*Honorem Sanctæ EUGENIAE*

*Castis canamus laudibus,
Christo fideli iubilo,
Dulci psallamus modulo.*

Hymnus
sacer Bre-
uiarij Isi-
doriani.

*Qui dudum Sanctam Virginem
Puro sacrauit pectore,
Mentis arcana possidens
Sacro nitore illuminat.*

*Fidelis Christi famula
Mundi calcat iactantiam,
Manuum calle arripiens,
Et vita cœlum sequitur.*

*Castam vitam dum ageret,
Cœnobiumque degeret,
Pater effecta Monachis,
Matrem cœlabat regmine.*

*Endux Amor libidinis
Vexat pectus Melantiae,
Pulchram vultuque ut viderat,
Amore cœco carpitur.*

*Quem Virgo Christi peruidens,
Suis pellit eloquiis,
Setumque virus Aspidum,
Certo refutans carmine.*

*Illa Tribunal Iudicis
Furore armata Daemonis,*

*Verbis malignis adpetit,
 Castam expugnans animam.
 Sed hac cremata cœlitus,
 Sancta probatur castitas;
 Quæ dans pro Christo animam,
 Cœlestem sumit gloriam.
 Deo Patri sit gloria
 Eiusque soli Filio,
 Cum Spiritu-Paracleto
 In sempiterna secula, Amen.*

QVATENVS ad Translationem Româ Naxeram videndi Moralius, Marieta, Sandoualius, Yepes, & alij superius recensiti, apud quos ad amissim.

F.
Translatio
in Hispaniam. **S. VICTORIA Virgo Romana.**] Eius sacra pignora *Roma Hispaniam*, & apud *Solanam* Oppidum translata, ibidem requiescunt, ex distributione Generalis Ministri Fratrum Excalceatorum SSS. Trinitatis, supra dictum.



SEPTIMO

Kal. Ianuarij.

DIES XXVI.

- A.** IEROSOLIMIS natalis S. STEPHANI Prothomartyris, cuius sacra lipsana B. LUCIANVS Presbyter Hispanus, inuenit, quorum partem Paulus Orosius, etiam Hispanus Presbyter Nostras traduxit, quæ apud diuersas seruata Ecclesias, honorifice coluntur.
- B.** IN REGIO SCVRIALENSI Cœnobio Deposito S. MARINI Martyris, Roma passi: Cuius sacra pignora ibidem, & adseruantur, & coluntur.
- C.** Apud EXEAM Aragoniæ Oppidum, in Monte ORASTRE veneratio S. STEPHANI Solitarij; Qui cum Mundi vanagaudia despiceret, & pro cœlestibus, & aternis anhelaret, vitam eremiticam concipiuit, ideo illius Montis cacumine secedens, per multum temporis à vacca nutritus, sibi, & Deo viuens, tandem iuuentus, miraculis clarus obdormiuit in Domino.

NOTE.

SANCTVS STEPHANVS *Prothomart.*] Celebris toto Orbe repetitur anniuersaria festiuitas huius Beatissimi Prothomartyris, cuius maxime Hispania beneficijs ditata, inter Orbis Nationes illa, suorum conciuium ministerio, totos fere fauorum apices promeruit. Nam cui, nisi Homini Hispano, scilicet, B. LUCIANO suorum sacram pignorum locum, & thecam reuelauit? Cui, nisi homini Hispano, scilicet Auito Braccarense, codicem, cum relatione *Inventionis* huiusmodi, scribere permisit? Cui, nisi homini Hispano, scilicet Paulo Orosio, partem Reliquiarum eius transferendam in Hispaniam primitus concessit? Et denique, cum Romam eius sacra lipsana Ierosolymis translata, ut locum honorificentiores diuinitus occuparent, cui, nisi homini Hispano, scilicet Laurentio adhærere dispositus? Ergo Hispanos Prothomartyr sanctus apprime dilexit, adeò ut omnes eius accidentales honores, per Hispanorum manus tractandos, exequendos, & ad finem debitum perducendos, solicite procurauit. Hinc & quid mirum, si Ecclesia Hispaniae à multis retrò seculis tot, ac tantis fauoribus circum ducta, Patrono honorificentissimo, & suorum amicissimo, *Templa* crexerit & *Aras*; Officia Ecclesiastica, & festiuitatem anniuersariam constituerit; & debitum cultum, ac venerationem ab exordio Christianæ Religionis suscepit, in hunc usque diem, absque intermissione persolueret, adeò ut & si Ierosolyma tanto Martyre gloriatur, non minus Hispania tota eius protectione gloriatur. Igitur S. Prothomartyris Beda, *Martyrolog.* Rom. b. *gia.* d. fol. 786. sequenti clausula: *Ierosolymis natalis S. STEPHANI, Prothomartyris, qui à Iudeis non longe post Ascensionem Domini lapidatus est.* Conueniunt Dionyssius Vazquez in *Castellan.* fol. 211. Ioannes Lupus in *Lusitan.* fol. 276. col. 2. Constantius Felicius in *Ital.* 2. p. fol. 213. Petrus Galesinius in *General.* fol. 175. & cæteri recentiores. De eo Baptista Mantuanus in *Fest. Sacr.* fol. 93. Ioannes Bacchot in *Fest. Christ.* fol. 875. Antonius Belinghen in *Kalend. Marian.* fol. 701. Philippus Ferrarius in *Catalog. SS. Ital.* fol. 804. & in *Topograph. SS. verb.* Ierosolyma fol. 91. Scriptores. Eius ACTA carmine scriptis Aratus in *Aet. Apostol.* lib. 1. c. 14. fol. 249. sequenti serie:

*Emicat hinc STEPHANVS, primus qui in agone coronā
Nominis hæres habet, de quo prænuntia palma
Vox cecinit quod causa dedit: Sere prælia Martyr
Felices habitura neces, ubi gloria pœna est,
Et cadere est ortus, iugulisque parentibus auum
Nascitur, aeterna complectens munera vita:
Vita principium fuit en sine fine beatæ,
Sic meruisse mori. Lapidès Iudea rebellis
In STEPHANVM lymphata rapis, quæ crimine duro
Saxea semper eris. Hunc denique Christus adoptat;
Ad quem Miles ouans per vulnera sacra vocatus
Sanguine fecit iter, cupiensque in premia vittor
Hac properare viâ, niuei metitus honorem
Callis, ad excelsi pergit fastigia Regis.
Et per tot lapides petra coniungitur uni*

*Quis furor iste nouus nulli feritate secundus ?
 Parcere nolle pio, vibrantibus acta lacertis
 Saxa iaces : parat ille preces nec respicit unde
 Grando nefanda cadat, qui tempore mortis amicæ
 Pro populo peccante rogat : licet omnia tecum
 Tela feras, silicesque graues , & pondera libres ,
 Quem perimis victurus erit , qui fine colono
 Seminat exemplum, quo surgit vinea Christi ,
 Et calicem Domini coniuia festa coronent.
 Limina cordis habens cœlos confexit apertos ,
 Ne lateat quod Christus agat, pro Martyre surgit,
 Quem nunc stare videt confessio nostra sedentem ,
 Cum liceat celebrare magis : caro vincita Tonanti
 In STEPHANO fauet ipsa sibi, dux prescius armat ,
 Quos ad dona vocat : ne quis hic dimicet anceps ;
 Corpus in arce Dei patuit pro munere testi.
 Ad Sauli posuere pedes velamina saui
 Infernum quod Hebraeus ait, iam constat utrisque
 Hinc meritum sentire suum, cum sydera Martyr ,
 Carnifices infirma petunt , sors prima reuelat ,
 Exemplumque creat, quod talia bella gerenti
 Hoc de fonte fluit ; sic occidentibus, ut mox
 Tartara succedant, morientibus astra patescant.*

*Quin etiam eadem satis prolixiori prosecutus est Ioannes Pedianus lib. I.
 Hymnor. fol. 10. Robertus Obrizius lib. 4. fol. 132. Emanuel Pimenta in Poëmat.
 Sacr. lib. 10 fol. 357. Baptista Masculus in Encom. SS. Encom. 409. Eius ACTA ex
 Mantuano describemus.*

ACTA S. STEPHANI PROTHO- martyris ex Ioanne Baptista Mantuano.

*Altera lux primi celebrat solemnia testis :
 Primores fidei Septem legere Ministros
 Insignes probitate Viros , ante omnia castos ;
 Qui regerent muliebre genus, viduasque, nurusque.
 Istorum è numero STEPHANVS fuit. Ipse docendi ,
 Ipse gubernandi curam, officiumque gerebat
 Strenue : & hunc odijs insectabatur acerbis
 Plebs Iudea , neci iuuenem dare certa pudicum .
 Prodigis etenim Magnus erat inclytus inter
 Christigenas, mirisque modis taxare solebat
 Perfidiam Iudeorum, figmenta, dolosque.*

*Stephanus
 unus ex
 septem
 Diaconis.*

Dùm fremit hæc rabies, laqueos dùm tendere certat,
Ecce Lupus de gente rapax Isacide Saulus
Sese infert, ut in hunc primas exerceat iras.

Iudai insurgent aduersus S. Virum.

Ingreditur turbam, verbisque potentibus ignem
Seminat accendi que animos, & suscitat arma.
Pro patria, pro gente monet, pro lege, Deoque
Non pugnare nefas; genus extirpare nefandum
Esse opus, exclamat: falsi mala semina Christi
In teneris abolenda herbis, ne surgat in altum
Immortale seges animis paritura venenum.

Talibus alloquiis præceps excita inuentus
Saxa rapit, volitant in morem grandinis orbes
Marmorei, multique fugant de Mœnibus unum.

Sauli aduersus eum furoris rabbies.

Nec mora, nec requies, pulchrum sauire putabant;
Quoque magis noceant, augent clamore furorem.

Lapidatur, & occiditur.

Ipse ubi se fractum sentit, madidumque cruore,
Vicinumque neci genua incuruauit, & Astra
Suspiciens, vidit & Christum, cœlosque patentes,
Atque ait: O cœlorum Opifex ignosce meorum
Carnificum furiis, Sauli miserere iuuentæ.

Vidit cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dci.

Nam neque se peccare vident; méque accipere testem
Christe tuum, gentemque tuam seruare memento.

Sic ait, & sanctam tenues efflavit in aras
Suspiciens animam, iacuitque in sanguine corpus.

HÆC igitur ACTA sufficient, cum Nostri instituti textamen, ad Diuos extra Hispania circulum vitâ functos, nisi origine nostros, minime extendatur. Illud nostras spestat, scilicet probare quatenus Hispania sacris eius Sanctissimi Diaconi primitus exuuiis ditaretur. De quo testem inuoco eundem S. Auitum Presbyterum, qui Inventioni Reliquarum cum homopolio Luciano, etiam Presbytero, & vtroque Hispano, interfuit, & cum sacrissimis lipsanis, Paulo Orosio traditis, & prima Hispania Balchonium Braccarensem Præsulem missis, hæc in eius Epistola, quam Cæsar Baronius in Annal. Eccles. Tom. 5. Ann. 415. fol. mihi in Roman. 366 inseruit, continentur: Itaque Beatisimi, & Dilectissimi fratres memoriam vestri incessabiliter agens, & tam congruentem ordinantis Dei dispositionem videns, promptus fui de Presbytero, cui reuelatum fuerit, partem aliquam inuenti Corporis promereri; quam festinato expeditam, secretisque perceptam, ad vos dirigere non distuli. Quamobrem missi vobis per sanctum filium, & compresbyterum meum. Orosium RELIQVIAS de Corpore Beati STEPHANI Primi Martyris, hoc est puluerem carnis, atque nerorum, & quod fidelius, certiusque credendum est, OSSA solida, atque manifesta sui sanctitate nouis pigmentis, vel odoribus pinguiora. A stipulatur Marcellinus in Chron. Ann. 416. his verbis: OROSIVS Presbyter Hispanus genere, Septem Libros Historiarum descripsit. Missus ab Augustino Episcopo idem Orosius pro discenda animi ratione ad Hieronymum Presbyterum, RELIQVIAS B. STEPHANI non per iuuentas, rediens, primus intulit Occidenti. Quem locum idem Cæsar Baronius plurimis d. Tom. 5. Ann. 416. fol. 290. verbis exornat.

Reliquias S. Stephani

SED & adhuc in nonnullis Hispaniarum Ecclesiis aliquot sacra lipsana custodiuntur, ut ex diuersis Scriptoribus sugessimus. S. E. Valentianam habere BRA-
nia.

Quot Reliquia S. Stephani in Hispania.

CHIVM Dextrum Beatissimi Prothomartyris scribit Solorzanus in *Satrar. Valente* fol. 157. Quod & Nos retulimus supr. Tom. 3. Die VII. Maij fol. 109. S.E. Onetensis se possidere gloriatur M A N V M eiusdem sanctissimi Leuitæ, vt ex memoriali Reliquiarum eiusdem Ecclesiae colligitur, quod Nos supr. Tom. 2. Die XIII. Mart. fol. 215. recensuimus. Monasterium S. Mariae Nazarensis in Rioxa, intra Crucem aura textam, & gemmis pulcherrimis imbutam, DENTES ipsius Beatissimi Diaconi inclusos veneratur, vt D. Prudentius Sandoualius *Histor. Pamplon.* fol. 26. Necnon in S. E. Toletana aliquot OSSA chrystalinis vasculis inclusa, vt refert Blasius Ortizius de *Templ. Toletan.* cap. 25. fol. 62. In Monasterio S. Stephani apud Salmantenses, etiam Tres lapides, quibus Martyregregius impetus est, sanguine cruentatos Nos aliquando vidimus, dum in eadem celeberrima Academia Iuri Pontificio operam daremus. Duos etiam in Sacrario Regalis scurialensis Cœnobij purpureo quoque cruore delibutos vidimus; & alibi alia lipsana reperiuntur quorum catalogum enumerare prolixum. Quibus Hispania Nostra tantis pignoribus condecorata S. Prothomartyri festum seculis omnibus celebrare consuevit, eiisque memoriam Templis, Aris, & Monasteriis erectis colit.

B. S. MARINVS *Martyr Romanus.*] Vñuardus Abbas in suo *Martyrol.* b.d. fol. 315. huius clarissimi Martyris agonem recenset, à quo Cæsar Baronius in *Roman.* fol. 786. sequenti periodo reposuit: *Rome* S. MARINI, Ordinis Senatorij, qui sub Numeriano Imperatore, & Martiano Praefecto, Christianæ Religionis causâ comprehensus, equuleo, & ungulis seruuli more punitus, in sartaginem deinde coniectus, sed igne in rorem conuerso, liberatus, feris quoque obiectus, & ab illis seruatus illæsus, tandem ad Aram iterum ductus dum idola oratione eins corruiissent, percussus gladio, Martyrij triumphum adeptus est. Conueniunt Dionysius Vazquez in *Castellan.* fol. 210. Ioannes Lupus in *Lusitan.* fol. 276. col. 2. Constantius Felicius in *Ital.* fol. 213. 2. part. quamuis vocitet Martinum. Petrus Galeſinius in *General.* fol. 175. col. 2. De eo agunt Petrus Equilinus in *Catalog. SS.* lib. 2. cap. 6. Bellouacensis in *Specul. Histor.* lib. 13. cap. 38. & 40. Philippus Ferrarius in *Catalog. SS. Ital.* fol. 805. D. Sanctius Dauila de *Venerat. Reliq.* lib. 3. c. 8. n. 3. fol. 292. Eius ACTA pluribus descripsit Mombrizius Tom. 2. fol. 128. Illa dabimus ex Ferrario, quia breuiora.

Scriptores.

ACTA S. MARINI MARTYRIS Romani clarissimi, ex Philippo Ferrario, Equi- lino, & aliis Scriptoribus.

Origo &
fides.Compre-
henditur,
& flagella-
tur.Dirissimis
suppliciis
afficitur.Coronatur,
sepelitur,
& in His-
paniam
transfer-
etur.

MARINVS Puer, Romani Senatoris filius, Carino Imperatore, apud Marianum Urbis Praefectum, quod Christianus esset accusatus, comprehenditur, ac cum nollet Deos venerari, miris afficitur cruciatibus. Nam loris durissime flagellatus, vinctus in custodiam traditur. Postea die eductus, in equuleo suspensus, ungulis ferreis, nullâ nobilitatis, & atatis ratione habitâ, dilaceratur: deinde serre ligneæ, ac machine lapideæ alligatus, eâ machinâ diuinitus fractâ, in scissam arborem immittitur, quâ in duo diuisâ, in craticula subiecto igne extenditur, plumbo liquato perfusus; verum igne, subito imbre extincto, in sartaginem pice bullientem iniicitur; at igne in rorem diuinitus conuerso liberatus, feris obiicitur, à quibus nil laesus, Leone collum leniter amplexante, Pardo pedes lingente, Pardâ vero, & Tygre manus exosculantibus, in caminum ignis immittitur, ex quo sequenti die extractus, absque ulla ignis lesione repertus est. Ad Aram tandem Serapidis ductus, eique iussus immolare statuam illius oratione, presente populo, contriuit. Quare nobilissimus Adolescens nobilissimum martyrium gladio percussus compleuit VII. Kalendas Ianuarij, Anno Christi CC. LXXXIV. Cuius Corpus inter Latronum cadavera projectum, cum, sub ortâ tempestate, inde Lictores recessissent, à Theophilo Episcopo sepultum est. Sed postmodum Philippo II. Rege Hispaniarum Catholicò impetrante, Hispanias translatum, ab ipso Principe in Sacrario Regij Scurialensis Cœnobij honorifice conditum est, ubi & custoditur, veneratur, & colitur.

Qui

Qui prolixius huius præclarissimi Martyris ACTA legere desiderat, adeat *Mombrum*, & cæteros Aëlorum Sanctorum Scriptores, tam *Latinos*, quam *Hispænæ* cum hæc ad Nostrum institutum sufficiant. Quod sacra eius pignora Romæ Srialium essent translata, probat Illustrissimus D. *Sanctius Danila & Toledo Episcopus Placentinus in Hisp. de Venerat. Reliquiar. d. lib. 3. c. 8. n. 3. fol. 292.* & *Sigenza in Descript. Scurialens. Cœnob. Tom. 2. lib. 4. c. 22.* & alij.

S. STEPHANVS Solitarius in Aragonia.] Nullus Diem, quo Sanctus hic vitam cœueret, aut eius festiuitas annuaretur, huc usque monstrauit, ideo Nos antiuorum vestigia sequentes, hoc die eius memoriam reponimus, quia eo Stephanus Leuita, & Martyr Primus coronatus est. De eo nullus scripsit, nisi D. Vincentius Blasco de Lanuza *Histor. Aragon. Tom. 2. lib. 1. cap. 48. fol. 114.* ubi hæc vera Latinitate donata: *In Oppido EXEA Equitum, quod inter Quinque Vallis Oñellæ principatum tenet, inest memoria S. STEPHANI de Orafstre, ad cuius Bassilam quotannis populus accurrit. Hæc in cacumine excelsi Montis inuisitur, ubi, dum Vir vitam agebat, secedens, aspera oratione, contemplatione, & ieiuniis exercitia eragebat. Quo Montis hiatu occlusus, Dei misericordia prouenit, ut ex gregibus declivia Montis pascentibus, quotidie Vacca quedam superiora conscendens, & ad locum turrij, quo S. Eremita degebat, accedens, illi ubera propinabat. Quod videntes bulci, & vaccam sequentes, tandem B. Hominem repererunt, quo vijs proinuus vacca perempta est; & quia S. STEPHANVS locū desercret, & eius virtus omnibus innatesceret, & quia animal quod tanto Viro seruierat, nullus in eam dominium haberet. Eo enim loco, quo vacca cecidit, fons perennis exurgens, plarimis agrotis sanitatem confert. Deinde S. Eremita clarus miraculis obdorminit in Domino, & eius Corpus in eodem loco, quo vitam solitariam egerat sepultum est, ibidemque accolæ circumiacentium locorum Ecclesiam construxerunt, & suo Nomi dedicarunt. Cuius sacrum tumulum, donariis oppletum, & agrotis circumdataum, pia denotione visitant, & ab eo innumera beneficia consequuntur quæ omnipotens Deus S. STEPHANI interuentione, agrotis, claudis, cæsis, paralyticis, & aliis diuersis morbis laborantibus impartitur. Hæc Lanuza, qui perperam hunc S. Solitarium cum Ratenti confundere cogitat, cum constet Ratensem fuisse Abbatem, & prope Braccaram Monasticam vitam egisse, vt constat ex rationibus à Nobis supr. Tom. I. Die XIII. Februar. littera B. fol. 116. & 117. adductis, quibus & monasticæ regulæ professionem, & munus Abbatiale apud Gallaciam exercuisse, probatum reliquimus, adeò ut Lanuza de suo errore edictum iri credatur.*



SEXTO

Kal. Ianuarij,

DIES XXVII.

A. Hispaniæ celebris est festiuitas S. IOANNIS Apostoli, & Euangelista, qui indiuiduus B. MARIAE Virginis, Dei-genitricis comes, illam est Cæsaraugustam comitatus, ut IACOBUS fratri Hispaniarum solaretur Apo- Mart. Hisp. Decemb.

FF ff 2 stolo;

*Apud
Aragoniæ
vixit.*

*Montis
Orafri
cucumina
peneirat.*

*A vacca
systemat-
tur.*

*Moritur,
& tumula-
tur.*

Miracula.

*Lanuza
error.*

stolo; & vniuersæ Pronincie suam in Domino protectionem promisit.

B. LEGIONE Septima-Gemina in Hispania S. ALVITI ipsius urbis Episcopi, qui Ferdinando Magno Legioni, & Castellæ Rege iubete, Hispalim pro extrahēdis sacri corporibus SS. Iustæ, & Ruffinæ Virginum, & Martyrum Hispalensium, ad ipsius urbis Regem Agarenun Orator designatus adiuit; sed Dei placito è viuis sublatus, eius, & S. Isidori pignora Legionem aduecta utriusque lipsana miraculo intercedente diuersis Basilikis custodita, honorificis sarcophagis tumulata, pià religione coluntur, & ciuium supplicationibus venerantur.

C. In Oppido VILLA-NOVA cognomine Infantum in Carpetania Hispanæ Depositio S. FABIANÆ Virginis, & Martyris Roma passæ; Cuius sacra lipsana in Monasterio fratrum SSS. Trinitatis Excalceatorum, honorifice requiescunt.

NOTÆ.

A.  ANCTVS IOANNES Apostolus, & Euangelista.] Vniuersalis Ecclesia duplicem festiuitatem quotannis S. Apostolo agere consuevit, Alteram Pridie Nonas Maij, ob eius passionem ante portam Latinam exercitam, quando iussu Domitiani ab Epheso S. Apostolus Romanum vinclitus perductus, in olei feruentis dolium missus, purior, & vegetior inde exiit, quām intravit. Alteram hodie, vbi eius gloriosus transitus solemini ritu repetitur, tām à Græcis Die VI. Kal. Octobr. quām à Latinis h.d. vt ex Beda, Vsuardo, & Adone colligitur. Quorum sententias insecutus Caesar Baronius tanti Apostoli natalem in Roman. Martyrolog. h.d. lit. A fol. 788. his verbis depositit. Apud Ephesum natalis S. IOANNIS Apostoli, & Euangelistæ, qui post Euangelij scriptiōnem post exiliis relegationem, & Apocalypsim diuinam reuelationem, usque ad Trajani Principis tempora perseverans, totius Asiæ fundauit, rexitque Ecclesiæ, & confectus senio, LXVIII. post passionem Domini anno mortuus, iuxta eandem urbem sepultus est. Conueniunt Dionysius Vazquez in Castellan fol. 212. Ioannes Lupus in Lusitan. fol. 276. Constantius Felicios in Ital. 2. p fol. 214. Petrus Galesinus in General. fol. 175. col. 2. & cæteri recentiores. De eo post Eusebium Histor. Eccl. lib. 3. c. 25. Ioannem Chrisostomum, Tertullianum, Ieronymum, Socratem lib. 6. c. 10. Sozomenum lib. 8. c. 6. Nicephorūm lib. 2. c. 42. Palladium, & alios à Baronio cumulatos, videndi Flavius Dexter in Chron. Ann. 70. n. 2. apud Biuar. fol. 161. Petrus Equilinus in Catalog. SS. lib. 2. c. 7. Baptista Mantuanus in Fast. Sacr. fol. 93. & 94. Ioannes Bachot. in Fast. Christian. fol. 878. vbi hæc carmina:

*Me finite, ô socij, vitis potate cruorem:
Me Domini pectus lactat, & unde sitis?*

Martyrologia.

Scriptores.

*Vir, Doctor, Virgo liqui, docui, sociari,
Sponsam, Orbem, Matrem, corpore, voce, cruce.*

Antonius Belinghen in *Kalendar. Marian.* fol. 701. Georgius Coluenerius in *Kalendar. Marian.* Tom. I. Die III. Januar. fol. 7 & Die XXV. Junij fol. 406. & Tom. 2. h.d. fol. 437. Robertus Obrizius in *Hymn. Sacr. lib. 3.* fol. 108. Emanuel Pimenta in *Poëmat. Sacr. lib. 8.* fol. 281. Clithouæus in *Hymn. Eccles.* fol. 20. & 21. Philippus Ferratius in *Catalog. SS. Ital.* fol. 708. & alij innumeri tam carmine quam prosâ. Maxime inter hos elucet Tarquinius Gallucius Sabinus, qui Panegyricum heroico carmine S. Apostolo pannxit, lib. 2. *Carmin.* fol. 54. eius ACTA nobis suppeditauit *Mantuanus*, hisce carminibus:

ACTA S. IOANNIS APOSTOLI,
& EVANGELISTÆ, ex Baptista Mantuano.

LÆTA dies Iani Sexto celebranda Kalendas
Surgit IOANNES Centeno proximus Anno,
Auroram solito citius perducit ad ortum.
Consobrinus eum Christus, sic fama, volentem
Nubere cum lympham dulci mutavit Iacho,
Traxit ab incœpto; Venerisque coercuit astum
Commendauit ei Matrem suspiria ducens
Ultima; Et hanc eius tulit usque ad funera curam
Hoc studio liber, Lycias peruenit ad oras,
Multa ubi perpessus saui Rectoris ob iram.
Missus enim Romam, porta fuit ante Latinae,
Limina, supplicio, quo non crudelius ullum,
Nequiter affectus; feruens intravit oliuum
Nudus et in tristi sensit nil et triste lauacro.
Vnctus in Athletæ morem sublimibus ausis
Exiit ad luctam, inuitans hominesque, Deosque.
Securus vita, atque necis, rursumque reuersus
In Lyciam, Pathmi exilio mulctatur, inopsque
Cogitur in undis vitam traducere saxis.
Dicitur huc venisse Magum certare volentem
Cum sene: Et auxilio Larium, tentasse Marinos
Fre super fluctus; Et abyssum tentare profundam,
Quæ Delphines eunt, habitant ubi grandia Cete.
At Deus extemplo Lemures horrescere fecit,
In mediosque suas vires immittere Pontos.
Tum Magus infelix, Stygiis desertus ab umbris,
Est oppressus aquis, animamque reliquit in alga.
Cesaris extincti post tristia funera, tandem
Regrediens Ephesum, viduam renocauit ab Orco.

A Cratone viro fractos sapiente lapillos,
 Ut varias hominum curas, & inania vota
 Argueret, signo crucis integravit; & ipsum
 Edocuit Cratona fidem, gemmisque redactis
 In cumulos nummum ingentes, donauit egenos.
 Forte Duos Iuuenes Christi documenta professos
 Pœnituisse videns; sua quod patrimonia turbis
 Pauperibus subita nimium pietate dedisset;
 Continuo fruticum fasces in publica missos
 Compita, in argentum vertit: Iuuenesque vocatos,
 Ante oculos plebis, sermone redarguit isto:
 Postquam diuitias bene distribuisse doletis,
 Et facta est vobis pietas odiosa; querellas
 Ponite; restituet Christus, quæ acceperat; ista
 Ferte domum; Christus vestre non indiget auro.
 Ipse qui sylvis frondes, qui gramina campis,
 Qui frumenta solo, qui poma, nucesque quotannis
 Arboribus tribuit, qui cuncta animantia pascit.
 Hæc virgulta, istos fasces, quos cernitis, ipse,
 Non Ego, in argentum vertit, nec cessat in horas
 Gignere opes varias, terram transformat in aurum,
 Rorem in margaritas, gignit per littora gemmas,
 Chrysolytos, & carbones, nitidosque pyropos.
 Pars hæc vestra: nihil cœli sperate deinceps.
 Ista senex, Iuuenum subito mutata quierunt,
 Pectora, & in lachrymas versi mala lucra, & auaras
 Execrantur opes, aurique ardore leuantur.
 Viminaque informam subito rediere priorem.
 Cum foret in populis, paucis post nata diebus
 Seditio, Trinia ad Templum quo dona ferebant,
 Vndique Mortales, terris ex omnibus una
 Cum plebe, & patribus, veniens à culmine summo,
 Illud opus quod tota Asia immortale putabat,
 Et quod erat numeratum inter miracula Septem,
 Cum tonitru in terram fecit procumbere magno;
 Et quo flagrantem premeret Proconsulis iram,
 Mortiferis haustis cyathis aconita duobus,
 Atque duas tali potu de corpore pulsas
 In sua membra animas tulit ex Acheronte profundo.
 Prospiciens tandem sibi summum incumbere tempus,

*Viuus humum subiit, corpusque in manna redactum.
Sunt qui translatum credant Orientis ad hortos;
In Superos quidam, cæloque ardente potiri,
Huic Vates Aquilæ formam tribuere; quod alto
Describat sermone Deum, quod lumine viuo,
Ac vegeto sensu vidi mysteria Christi.*

Quod ad Nostram Hispaniam attinet, illud esse luce clarius S. Apostolum semper, & ubique Hispanis meis fauisse, non tantummodo auxilijs, & fauoribus, sed etiam eius praesentiâ, & tutelâ, multisque sacris pignoribus, & Reliquijs. Quod cum B. Virgine ad Cæsaraugyptam adhuc viuus corporaliter venerit, Flavius Hispaniam Dexter in Chron. Ann. 37. vbi Biuat. Comment. 3. n. 2. fol. 73. his verbis: B. Virgo innisit. IACOBO preces fundenti, Cæsaraugustæ in Columna apparet, in spiritu, veniente quoque IOANNE Theolog. Adstipulatur Julianus Archipresbyter Toletanus in Chron. Ann. 36. n. 7. fol. 7 & in Aduersar. n. 428. Franciscus Biuarius, & alij à me relati in Not. ad Aul. Hal. de Aduent. S. Iacob. vers. 360. fol. 76. D. Michaël de Erze eod. Tract. fol. 136.

QVATENVS ad Reliquias, plures in sacrarijs Ecclesiastum Hispaniæ custodiuntur, & venerantur, quarum hic catalogum referre prolixum erit. Illud affirmare possumus, quod in omnibus seculis Hispania procul dubio S. Apostolo Templa, Oratoria, officia Ecclesiastica, & venerationem totis visceribus excoluit.

S. ALVITVS Episcopus Legionensis Confessor.] Eius memoria recolitur apud Martyrologos diuersis diebus, ut Philippus Ferrarius in General. Catalog. SS. Die III. Octobr. fol. 387. & Die XXX. Octobr. fol. 424. his verbis: In Hispania S. ALVITI gloria. Episcopi Legionensis. Hugo Menardus in Martyrolog. Benedictin. b. d. fol. 110. hac clausulâ: LEGIONE in Hispania Depositio S. ALVITI, Episcopi, & Confessoris, magna sanctitatis Viri. Ieronymus de la Higuera in MS. Hispan. b. d. fol. 65. Philippus Ferrarius in Topograph. SS. verb. Legio fol. 66. col. 2. De eo Ambrosius Morales Histor. Hispan. Tom. 3. lib. 16. Antonius Yepes Chron. Benedict. Tom. 6 Cent. 6. Ann. Scriptores. 1063. c. 1 fol. 197. & seqq. Ioannes Marieta Histor. SS. Hispan. lib. 5. c. 66. Athanasius Lobera Histor. Legion. 2. p. c. 29 fol. 299. Hugo Menardus Observat. ad Martyrolog. Benedict. lib. 2. fol. 784. & Nos supr. Tom. 1. Die XXIII. Februar. fol. 235. & seqq. & hoc Tom. 6. Die XXI. Decembris. lit. B. Eius ACTA ex Vetusto Legendario Segobiensi MS. & alijs Scriptoribus superius recensitis damus:

ACTA S. ALVITI EPISCOPI Legionensis Confessoris in Hispania ex Legen- dario MS. Segobiensi, & alijs.

ALVITVS natione Hispanus ex Gallæciæ finibus, nobilibus familijs. & honestis exortus; qui ab ineunte ætate studijs se literarum tradidit, que cum ad amissim adipisceretur euigilans, tandem in magnifice, & totius Hispaniæ insigni SS. Facundi, & Primitui Martyrum Cœnobio cucullam induit. Hic ad tantum doctrinæ, & observationis Monastica Regulæ gradum peruenit, ut suis depositis meritis, Abbatis munere decoraretur, & tantorum Monachorum Pater acclamaretur. In huius oneris exercitio, adeò se B. Vir modestum, sobrium, prudentem, & pium exhibuit, ut antecedentium vestigia insecurus in omnibus, que ad religiosam perfectionem spectabant, successoribus normam Euangelicam relinquaret. Cuius virtutes, doctrinam, & aeconomicam perfectionem Rex, & Clerus Legionensis urbis contuentes, cum illo tempore fuisse Pastoris solatio destituta, ALVITVM Abbatem, in illius Sedis cathedralm sublimarunt. Qui licet iniustus, tantum

Origo, &
Monacha-
tus.

Fit Abbas
Sabagunius.

Et Epis-
copus Le-
gionensis.

super

super humeros suos onus imponens, protinus manus ad aratrum iniecit. Eo enim tempore bellum gerere gloriissimus Ferdinandus Castellæ, & Legionis Rex, cognomento Magnus aduersus Sarracenos constituens, coadunato exercitu, in partes Bæticae pergere, delatis secum ALVITO Legionensi, & Ordonio Asturicensi Episcopis destinavit. Qui disrupto Sarracenorum milite, Emeritam usque insequens Paganos, urbem obsedit. Sed cum Benabéth Rex Hispalis, exercitus Dux, frustra expectaret auxilia, ad pactiones cum Ferdinandō ventum, quibus inter alias conuentis præcipua fuit, quod sacras exuias SS. Iustæ, & Ruffinæ Martyrum Hispalensium Nantijs ad hoc designatis træderet. Annuit Benabéth, & copijs Hispalim libere dimis̄is, Regc̄que humiliter salutato, ad propria inglorius repedauit & vi-ctus. Tunc Rex Ferdinandus ad transferenda SS. Virginum, & Martyrum pignora, que promiserat Benabéth, ALVITVM, & Ordonium Episcopos, & alios Comites, Oratores elegit, qui Hispalim concedentes nec à Rege Sarraceno, nihil quod prodesset spectantes, indicito Triduano ieunio, omnes nequaquam ab oratione cessabant. Tunc ALVITO in medio noctis silentio S. Isidorus illius urbis quondam Praeful apparens, dixit: Frustra fatigaris ALVITE; non ergo placet Deo Nostro, ut Corpora Virginum deferas: meum libenter concedit, ut transferatur, illud quærito, quod h̄c inuenies. Et baculi cuspidē ter terram iciens, euanuit. Eandem sic secundo, & tertio visionem intuitus, & in tertia de eius morte premonitus, omnia quæ euenerant, sodalibus patefecit, cum quibus ad locum designatum irruens, & tres baculi ictus contuens, breui Corpus S. Isidori aromatibus redundans inuenit, quod honorifice conditum in hospitium latus transuexit. Hinc febre correptus, ad mortis se instantis terminum accingens, pura confessione expiatus, & sacra synaxi munitus, suam, in cilijs, & cinere prouolutus horam alacer expectabat; qui rudem corporis fabricam despiciens eterna ingreditur habitacula, VI. Kalendas Ianuarij, Anno Domini M. XLVII. Tunc Ordonius Antip̄es, & ceteri Oratores videntes quod Corpus S. ALVITI, nulla fuisse formidine pollutum, aut aliquo factore corruptum, illud in alia theca considerunt, & Legionem ingressi, cum inter Ecclesiasticos exoriretur contentio, de loco, quo reponenda erant sacra pignora utriusque Pontificis, tandem conuenit, ut animalium, quæ illa humeris reportabant, relinqueretur arbitrio; & Deo duce aliud ad Cathedralem Basilicam cum S. ALVITI Corpore perrexit, ubi honorifice conditum est, & pia religione colitur. Aliud Ecclesiam S. Ioannis intravit cum Isidori sacris exuuijs, ubi etiam condita, omnium deuotionem acquirunt. Praestante D. N. Iesu-Christo, qui vivit & regnat cum Patre, & S. Spiritu in secula. Amen.

SÆPE huius rei historiam scripsimus, tam in ACTIS S. Ordonij Asturicensis Episcopi, quæ dedimus supra d. Tom. I. Februar. Die XXIII. fol. 235. & hoc Tom. 6. Die XI. Decembr. lit. B. in Commemoratione Translationis S. Isidori, quibus in locis satis probata huius relationis remanet veritas, ideo hic nihil est insistendum.

C.

S. FABIANA Virgo, & Martyr Romana.] Nullam in Martyrologijs huius nominis Virginem, & Martyrem inuenire posuimus, Romæ passam. Ast FABIOLAM Matronam illustrem, S. Ieronymo addictam intueor, cuius meminit Philippus Ferrarius in Catalog General. SS. b. d. fol. 488. Quare & Nos haut diem, in quo reponere possimus, huius Nostræ S. Virginis, & Martyris memoriam, inueniamus, hoc propter Nominum similitudinē subiungere constituimus. Quatenus ad Translationem sacrarum exuiarum Româ Madridium, vbi à Ministro Generali Ordinis Excalceatorum SSS. Trinitatis fuere lipsana Monasterio Villae Nouæ Infantum distributa, nihil tam antiquius ex Diplomatibus superius à Nobis recensitis, quibus appareat, quod multa Sanctorum Martyrum, & Virginum Corpora, ex Coemetrijs Vrbis, ex facultate Urbani VIII. Pont. Max. extracta fuere, quæ ipse Pontifex R. P. F. Ioanni ab Annuntiatione, eius dum viueret

Confessario,

Orator eligitur pro transferendis corporibus SS. VV. Hispalensium.

S. Isidorus illi apparet, & euentura predicit.

Moritur.

Legionem defertur, & colloca-tur.

Fuit Virgo, & Martyr Romana.

Eius Corpus in His-pauiam transla-tum.

Confessario, concessit. Qui in Hispanias emittens eadem Ministro Generali, ut illa inter Conuentus Ordinis diuideret, vt & fecit, & hocce Villanovanu Conuentui dedit, distribuit, & concessit, ut ibidem liquet.



Q V I N T O

Kal. Ianuarij,

D I E S X X V I I I .

- A.** In BETLEHEM Iudææ natalis SS. INNOCENTIVM, qui ab Herode Rege pro Christo imperfecti, primitias Martyrum reportarunt. Quorum aliquot sacra Corpora apud Hispanias translata, in diuersis Ecclesijs custodiuntur, & venerantur.
- B.** In Monasterio Lerinensi in Gallia S. ANTONII ipsius Cœnobij Abbatis, qui ex Matre origine Hispanus, post adeptis è SS. Seuerino, & Constantio Episcopis, doctrinis singularibus, Lerinum aduenit, ubi sanctitate conspicuus, & miraculis clarus, obdormiuit in Domino.

NOTÆ.

SANCTI INNOCENTES Martyres Betlhemiti.] Quamuis apud A. Græcos festus dies sequenti rei ciatur, vt ex eorum Menologio apud Canisium Leet. Antiquar. Die XXIX. Decembr. fol. 941. Tom. 2. patescit. At Nos qui Latinorum Martyrologia, & Ecclesiæ Romanæ placita insequi debemus in hunc diem eorū anniversariam Com. logia. memorationem reponimus. Ita & fecere Beda Venerabilis, Vsuardus Abbas, Addo Viennensis Præsul, & Cæsar Baronius Cardinalis in Roman. Martyrolog. b.d.lit. A. fol. 791. hac periodo: In Bethlehem Iudææ Natalis Sanctorum INNOCENTIVM, qui ab Herode Rege pro Christo imperfecti sunt. Ad stipulantur Dionysius Vazquez in Castellan. fol. 212. Ioannes Lupus in Lusitan. fol. 277. col. 2. Constantius Felicius in Ital 2.p. fol. 215. Petrus Galesinus in General fol. 176. Andreas Saussay in Gallican. Tom. 2. fol. 1045. Bachot in Fast. Christian. fol. 880 Baptista Mantuanus in Fast. Sacr. fol. 94. & 95. A quo & ACTA desuminis.

ACTA SS. PVERORVM INNOCENTIVM
Betlhemiticorum , ex Ioanne Mantuano.

*Altera mærorem, lachrymas miserandaque secum
Fert lamenta Dies. Nam Rex audità Magorum
Herodes, post, verba, Crudele sequenti
Est aggressus opus, cui par non viderat unquam
Sol, qui cuncta videt tellure, ac omnibus vndis.
Nam Bethleemeos perfundi sanguine Campos
Jussit, & Infantes quot erant in finibus illis
Ense trucidari, cupiens extinguere Christum,
Quem dixerat Magi Dominum, Regemque futurum.
Sed celer aëreo labens per nubila cursu
Nuntius, hæc scelera, & casus prædixerat istos
Ante Seni, Puerumque illis curarat ab oris
Hermopolim, quæ tunc erat urbs Ægyptia, ferri.
O infame nefas ? Quod detestanda libido
Regnandi, quod mens fastu vitiata superbo
Portulit ! Infantes nudos à pectore matrum
Diuulsos. stricto Miles mucrone secabat.
Nec sceleris tanti causam furor ille sciebat.
Nam puduit Regem causas aperire nefandæ
Cædis. In excelsas nubes, in Sydera clamor
Exit; & spumans fluxit cruor usque sub Orcum.
Vicinæ planxère urbes, audita per agros
Noctes, atque dies flentum suspiria matrum.
Hac quoque, sic fama est, in tempestate peremptus
Regius est Infans, qui lactabatur in illis
Forte locis. Tantum dabat ira furentibus ignem !
Propterea latos luce hac, Ecclesia cantus
Præterit, & tristi luget tot funera voce.
Cum tamen in Solis sacram solemnia lucem
Hæc veniunt, quia lata eius natura diei est;
Cantica supprimimus, tristem testantia casum;
Et per Templa Chori repetunt Aleluia canentes.*

HORVM ergo Sanctorum INNOCENTIVM festum Diem à multis seculis ve-
neratur Hispania, ita ut in Breuiario Muzarabum, seu Isidoriano eorum festivitas
recolatur; & adhuc eorum memoriam recolit, cum eius Ecclesiæ, & Templa
pluribus scateant Sanctorum horum Corporibus, & Reliquijs, quarum in unum
congerere catalogum longum esset. Aliqua referre, quæ inter legendum apun-
ximus, non gravabimur, Valentia Dvo Corpora Solorzano in Sacr. Valentini.
fol. 157. Item ibidem aliud in Collegio Patriarchæ. Solorzanus fol. 293. Apud Oue-
tum

tum Aliud, Nos supra. Tom. 2. fol. 215. Abulæ aliud D. Sanctius Dauila de Venerat. Reliq. lib. 3. 8. n. 3. fol. 191. In Scuriali aliud, idem D. Sanctius d.c. 8. fol. 292. Madridi in Regali Cœnobio Excalceatarum Sanctorum Monasterium, aliud, idem D. Sanctius fol. 292. In Monasterio Regali Montis Aragonum Duo, Aynsa Histor. Corpora Oscens. fol. 441. Aquid Torell. in Catalonia, aliud, Domenech. fol. 118. Barcinone Duo, idem Domenech fol. 120 & alibi passim. Apud Scalabim in Portugallia Templum, siue Brephrotrophium pro alendis Infantibus expositis, hisce SS. INNOCENTIUS dicatum extare à S. Elisabeth Regina assertit Antonius Vasconzelos in eius Vit. fol. 101. & Nos supr. Tom. 4. Die IV. lit. B. fol. 46. Hæc de eis colligere potuimus.

S. ANTONIUS Abbas Lerinensis Confessor.] Cuius res gestas mirabiliter conscripsit B. Ennodius Episcopus Ticinensis, à quo Cæsar Baronius tanti Abbatis nomen in Tabulas redegit Ecclesiasticas, & in Martyrolog. Roman. b.d. lit. I. fol. 791. sequenti clausula, reposuit: In Monasterio Lerinensi S. ANTONII, Monachi, Miraculis clari. Conueniunt Dionysius Vazquez in Castellan. fol. 212. Ioannes Lupus in Lusitan. fol. 277. col. 2. Andreas Saussay in Gallican. Tom. 2. b. d. fol. 1046. De eo Cæsar Baronius in Annal. Eccles. Tom. 6. Ann. 488. n. 14. Philippus Ferrarius in Topograph. SS. verb. Lerinum fol. 68. Aulus Halus Burdigalensis in Codic. Carmin. MS. & alij complures. Eius ACTA additâ origine. Hispana ex B. Ennodio dabimus, qui Parentis exordijs contentus, maternam profaciem omisit:

ACTA S. ANTONII, MONASTERII
Lerinensis Abbatis ex matre origine Hispani, per
B. Enodium, & Aulum Halum.

PRÆFATIO AD LEONTIVM, ABBATEM.

VT praliantes assargunt buccinis, ut equorum celeritas ad potiorem cursum ferrata calce prouocatur, ita dum Maiorum virtus sollicitat ingenia, nouella conforta. Qui cana exercitia, & veterum gesta religit, ad disciplinarum frugem, propositis laudum præmÿs inardescit. Imago precedens gloriae, ut ad posteros veniat, linguarum catena retinetur. Non licet per etates perire, si quid lectio serenis attibus amica suscipere. Itaque eloquentiae diuturnitas, mortalis naturæ sine congreßionis periculo vicit angustiam, per quam optimorum conuersatio ipÿs decedentibus nescit occasum. Restituetur quidem corpus origini, & destinatus à Superis spiritus, ad proprium recurrit auctorem: quorum tamen probitas, si libris mandata fuerit, eorum vitalis est obitus. Dicat forsan interpres austerior: abiurat prædicationis dulcedinem perfuncta mens; seculo, & carnis vinculis absolutus non desiderat, que inter incerta Mundi gesit, agnoscit: sed illos humanus carcer, sine libertatis dispendio refudit opifici, dum inter polluta gradiens, nitorem suum anima Deo nostro intenta germinauit, & per mandatorum cœlestium lineas, lenocinantem huius lucis non sensit errorem. Nobis vero ista remaneant, nobis profutura seruentur, quibus si à studio deest sectari meliora, de illorum qui faciem conuersationis sua preferunt, venire debet exemplo. Tu autem Venerabilis Abba Leonti, qui id mihi operis iniunxiisti, adiuna oratione titubantem, & fuscitatem stylis sanctorum precum imbre locupleta. Facies enim, ut confido, meritis precipuum, quod adgredi me ipse iuisti. Pronum est Beatitudini tuae iejuna eloquentia fecundis innocentia ferculis ampliare: Credite mihi, vos respiciet extorta aut culpa, aut genius dictio- nis, cuius nisi substantiam religiosa auctoritate firmaueris, videbitur iudi- cij tui clauda fides, delegisse minus idoneum, cui venerandi laboris pro- uintiam commissisti.

Tyrone exemplis
Majorum
prouocan-
tur.

Viri egre-
gij vitalis
est obitus.

Exempla
meliorum
sectanda.

IGITVR Beati ANTONII narraturus insignia, primum S. Spiritus
Mart. Hisp. Decemb.

G G g 2 maie

Fauor cœ-
lestis pe-
rendus.

Patria, &
Parentes.

Octennis
Seuerini
magisterio
adhaesit.

Post Con-
stantio
Præfuli, à
quo fuit
Notarius
creatus.

Franco-
rum, &
aliorum
cruelitas.

Constan-
tius Ponti-
fex mori-
tur.

Ad Val-
lem Tellina-
nam per-
git, &
Mario
Presbytero
adhaesit.

maiestas mihi inuocanda est, ut qui illum rebus diuitem fecit, me in his ex-
plicandis per lingua frâna moderetur, & laborum sordes Prophetici carbo-
nis diluere maturet incendio, ne conscientiae nebulis lucem conuersationis
illius, aut amplissimis pauperem faciam laudibus, aut infantia arente de-
nunstem. Benedicitur indinisa Trinitas Deus noster, qui seruum suum
ANTONIVM tantâ virtutum dote sublimem, circa Danubij fluminis ri-
pas in Ciuitate Valeria, Secundino Patre, Matre vero nobilissimâ fâminâ
Hispanâ lucis huius ianuam iussit intrare: qui quamuis de splendore nata-
lium conscientia inbar hauserit, tamen fulgorem stirpis præcipue morum ra-
dijs obumbravit, vincens decorum sanguinis, ingenij claritate, dum corus-
cantem gerninis sui lampadem, actuum serenitate transcendit: & factus est
victor stemmatis sui, per quod vniuersos nascendo superauit: qui dum adhuc
de Matri penderet uberibus, quem præscivit Dei gratia, non reliquit: nec
passa est inopem fauoris existere dispensatio cœlestis, quem renumerandis
plenum studijs approbauit: qui ne sancti instituta propositi per Parentum
blandimenta frangeret, annorum ferme Octo genitoris tutelâ nudatus est:
mox tamen ad illustrissimum virum Seuerinum ignara fuciætas euolauit, qui
dum cum mulceret osculis futura in puer bona quasi transacta relegebat.
Hic enim cuius meritis nibil esset absconditum, ille hunc sibi futurum par-
ticipem, piâ ubique voce predicabat: credo ut incipientis tyrocinia spes an-
nuntiata solidaret. Sed postquam B. Vir humanis rebus exemptus est Constantij Antistitis, eâ tempestate florentissimi, iunctis obsequijs, gloriois
operibus vite rudimenta dedicauit. Qui eum inter Ecclesiasticos Excepto-
res cœlestem militiam iussit ordiri. Erat enim venerabilis Sacerdos AN-
TONII Nostri patruus; sed nunquam ille magisterij rigorem consanguinitatis
lege molliuit; nec fecit securum de necessitudine discipulum, non ti-
mere, cui gratiam Doctoris nisi censura non prestitit. Tantus fuit circa se-
ctatorem diligentia modus, quantum iudicia contulerunt: meritum suum in
facie monitoris agnouit. Sed iam peccatorum consummatio Pannonij mi-
nabatur excidium: iam succisa radice substantia regionis illius status in-
pronum deflexerat. Per incursus enim variarum gentium quotidiana gla-
diorum seges messem nobilitatis absciderat, & secundas humani generis ter-
ras irâ populante desolabat. Iam Franci, Eruli, Saxones multiplices crude-
litatum species belluarum more peragebant. Quæ Nationum diuersitas su-
perstitionis marcipata culturis, Deos suos humana credebat cœde mulceri; nec
unquam propitia se habere Numinâ, nisi cum ea æqualium cruento placcassent.
Cessare confidebant iram cœlicolûm innocentiis effusione sanguinis. Qui ut
in gratiam redirent cum Superis suis, propinquorum consueuerant mortes
offerre. Quoscumque tamen religiosi titulus declarabat officij, hos quasi se-
reniores hostias immolabant, existimantes, quod piorum ingulis diuinitatis
cessaret indignatio, & fieret materia gratiae, locus offense. Inter quas tem-
porum procellas, Constantius Pontifex (ne quid in Mundo haberet subsidij
terra hostibus deputata) humana lege liberatus est: post cuius resolutionem,
ANTONIVM nostrum famuli ad Italiae partes, quibus cœlitus fuerat de-
putatus, Christo duce, perducunt, principe loco Tellina Vallis, qua id sorti-
ta est vocabuli, limen ingreditur; quam Montium ex utroque latere brachijs
fabricatam natura ditat amaritas, & de verticibus fœcundis animum
plebe locupletat uber solum, quod auaris responderet iuxta desideria immo-
derata cultoribus. Non tamen ita aristis prærauidum, aut dotatum pascuis,
aut arbuslis compositum, aut fluminibus latum, ut non ei plus superuen-
ientis persona gratia præstaret, quam ipsius originis variata, & distincta
formositas. Illic Mario Presbytero, qui spiritibus immundis dominabatur,
adiunctus est. Quia hac est rerum conditio, ut noui hominis mores diuul-
get inuenta sodalitas: & qui ignoratur per originem similium clarescat
effectu deprehenditur mens secreta per socios: & cui non licet ad liquidum
superuenientis estimare conscientiam, conceditur ut de suis deprehendat ex-

Recensat
Clerica-
tum.

ternos. Nam cum eum B. Marius, illis oculis, quibus mentes videntur, inspicere, & interioris decorum hominis absconditis percontaretur obtutibus, voluit eum Clericorum sociare Collegia, & inter Ecclesiasticos cætus prestantem meritis dedicare personam. Sed fugit honorem velut veneni poculum, qui semper potentiam creditit, subiacere; & seruire patienter prætulit regali dominatu: ne tamen diu humanae conuersationis mixtus illecebris, societatem contagionis hauriret, elegit secessum haut procul à B. Martyris Fidelis sepulchro, ubi Hilarius Ionij marmoris minas deponit, quando, ne euagetur longius, obiectis ripis resistunt fræna telluris. Illic inserto nubibus vertice Mons coruscat, qui sublimitatis sue vincit aspectum: sed quam superbus est magnitudine, tam difficilis ascensu. Nam nullis ante Monachum nostrum patuit gressibus, nec per prærupta saxorum, humani generis admisit, formidine repugnante, vestigium. In precipiis cautibus, tuta feris longum præbuit, nullo exerceente, cubilia, eò bestijs blandior, quò terribilius agricolarum excursui minatur. In hoc Deifamulus sedem delegit, in quo sola fuit plaundi causa, quia nequaquam lanocinabatur aspectibus: nihil secum amplius nisi parum leguminis, & ligonem, quo terram sollicitaret, de Mundi beneficijs assumens: dedicauit callem, subiecta aperitate, nescitum: inga illa indomitam natura legem, ANTONIO congreidente, perdiderunt: reserata itinera post ingressum eius patuere cupientibus. Inuenit illic tamen Duos Senes, quos iam ita inter lustra belluarum habitatio longa miscuerat, ut nihil de illis Mundo fama nuntiaret: quorum vitam, scientiamque plane videor elocutus, cum expetitam pro Dei timore habitationem sine nube vulgari. Breui post horum vanus assumpitus est, & terreni carceris mole deposita, atheream valetudinem felix anima resumpxit. Nam absolutionis eius tempore, columna ignea B. ANTONI oculis est ingestæ, ad cœlum usque pertingens: credo ut Venerabilis Viri fides, & ardor ille vitiorum decoctor, typico monstraretur incendio. Tunc dum ibi Dei cultor tota disciplinis cœlestibus virium suarum vela laxaret, & per sinus anime, corporisque extrudentia paleas flabra susciperet; cuius vigilias, ieiunia, lectio, asiduitatem iure replicarem, nil haberent digniora memoratu. Nunquam ille cibum sumpxit, nisi fatiscente corpuscula, nunquam nisi exemptis officijs munijs, sollicitudinem quiete laxauit. Sed quid retexam, quæ perfectionis habuerit instrumenta perfectus? aut per quos gradus ad celsa concenderit? Quem liquido declaratum est obtainere sublimia. Scivit ille sic per labores varios, disciplinarum lineamenta sectari, ut nunquam assumeret arrogantiam de labore: & cum omnia essent digna praconijs, quæ gerebat, dispensium virtutis credidit fuisse laudatum: sic totum de eius actibus opinionis luce radiabat, ut nihil præberetur ostentui. Praeminebat censura mentis in corpore, & iracundiam, quam contra culpas anima eius suscepserat, facies infucata pingebat. Videres apud flagitia mundana toruos oculos, & indefessa contra seculi blandicias, Christi Militem bella tractare, quando illa imago statum suum resoluit in risum, & ab ordinis proprij rigore letitiae debilitate confracta est. Interèa dum velut obsignatum Monachi in uniuersis implet officium, Vir quidam (quem sponsa sua amor in facinus impulerat, & ad effusionem humani sanguinis affectu, & indignatione provocarat) dum conscientiam se credidit fugere mutatione terrarum, & in alijs Prouincie partibus innocentiam reperiiri, quam furore duce perdididerat, velatum simplicitate ad secreta eremi portauit homicidam, putans in Dei obsequio constitutus de actibus suis prater effigiem nil patere artificij, humilem simulauit obtutu, & per dolosi commenta consilij, fabricata subiectione compositus, cautoribus scelerum sordes texit obstaculis. Difficile est, præter Deum, deprehendere, quidquid obsequendi argumentis inuoluitur. Prouide flagitium cœlat abiectio; raro in lucem erumpunt crimina, quæ actor obtemperandi scierit fuso sepelire. Protinus tamen adfuit ille Index consuetus, & latentis secreta conscientiae diuinæ vocis clave referauit. In

In Montis
cacumine
secessit.

Columna
igneæ S.
Viri oculis
ingesta.

Eius vir-
tutum su-
blimia.

Latro in
deserto la-
titat.

Illum di-
nuitus
agnouit.

Omnia
eius crimi-
na propa-
bat.

Secretiora
Eremi pe-
tit.

Vrsus
caules de-
norantem
baculo ca-
stigat.

Eius vir-
tutumfa-
ma S. Vi-
rum dete-
git.

Lerinen-
lem Insu-
sam per-
git.

bis sermonibus adorsus ANTONIUM, quando eum plusquam homo posse, docuit agnouisse; illum denudans, qui crasso indumento latronem tegebat: Cae (inquiens) ne tanti criminis reum sancto velis miscere collegio, ne lupum ouibus, agnis viperam negligens estimator adiungas. Iste animam Dei manibus concessam, per elisi fragmenta gutturis effugauit, & inter necino fratri furore constricti vitam è sedibus suis, dum infert fauibus vincula, dissoluit. Hunc debitum extitum sequitur; nec à iugo supplicij erit alienus, qui humano sanguini non pepercere, Misericordia est, circa facinorosos seruata districtio. Ergo sopori terminum ponens, mandatorum cœlestium hostem depelle, ne candida conuersatio tecum habitantium, fusca superuenientis contagione violetur. Illico diuinis obsecutus imperijs hominem vocat, mentientem, conuincit feriato ore male consy, omnia eius gesta persequitur. Expansus deprehensus, cum flagitia sua recenseri videret ab homine, quæ sine teste humani generis commiserat, viaticum poposcit, fugam tremens apparuit. Continuo tamen pedissequa reum ultio comprehendit, & expiatum scelus patratoris morte, nuntiauit. Ita sermo Iusti viribus carere non potuit. Interea S. Vir per regiones finitimas insidiatrixis famæ linguis innotuit, qua non pararet de celebritate iactantiam: ante prouisa sunt remedia, quam morbus adolesceret. Qui enim grandæus, aut debilis duce diligentia, non itineris illius transmeabat abrupta, cum dantibus valetudinem desiderijs, etiam agritudines corpora non tenerent, hac perterritus frequentia, ad secretiora eremi B. ANTONIUS credidit euolandum, ne singulorum deuotio, inamabilis arrogantia mater existeret, & de multiformi gratia rigidioris propositi, ruina nasceretur: mox tamen secessus, quem pendula rupes commendabat, electus est. In quo annis pluribus solus, & vere Monachus, vitam sine humani generis conforto transegit. Dabat feras pro sodalibus montana solitudo; mugitus vrsi, aliarumque belluarum minax immurmuratio pro blanda confabulationis communione penebatur. Denique eâ tempestate Vrsus petulantior, gloria plus datus, caules ipsius puberibus folijs latiores, & quadam domini hilaritate gestientes, immanni ingrediens contritione vastauit; ita ut nusquam de simplici fruge spes residua linqueretur, quem ille baculo mulctatum, districtus abire precipiens, testem virtutis sua, & nuntium passionis ad alias ire bestias mox coegerit: ve impleretur Domini fidelis pollicitatio, qua sectatoribus suis totius veneni, & omnium ferarum promisit obsequium. Rursus tamen gradienti ei per destinatum callem, rugiens se fera suggesit, quam ille sola iussione turbatam iter fecit aperire, & occupata via claustra deserere. Sed ecce iterum alis pernicibus per prodigionis sua ordinem, Dei seruum in quo loci degeret, fama vulgauit, aliud de ipso, pro sententiarum varietate, diuersis opinantibus. Tunc liquido patuit per occasus multiplices, nihil obstatre cipientibus planari ardua, solidari scissa, & pendentia non timeri: sed potioribus insidijs, ne per arrogantiam hostis subreperet, fortiori consilio manus apposuit, ne iam grandæus perderet, quod inter tyrocinia virtute seruasset. Acrius enim circa robustos Diaboli certamen est, & maioribus copijs illos aggreditur, qui conflictus eius experti roboris sudore domuerunt. Vniuersata men secum ipse pertractans, breui animum suum adlocutione, firmauit: Quid agimus? Mens adhuc mundani oneris fasce depressa, quam nondum ad auctorem suum corporeus carcer euomuit. Non tibi certa est de perfectione fiducia, dum adhuc includeris fragilitate carnali? Periculis plena sunt, quæ videntur esse tutissima. Lenocinia hastis tui intelligis, dum vniuersorum voce laudaris, vide quantis labores insidijs. Absconditum esse non licet, quod adimus. Latebram nostram persecutio manifestat hostilis. Sanctorum petamus exercitum, & illam Lerinensis Insulæ cohortem irriguo inquiramus ardore: quem solum hactenus impulsauit aduersarius. Timebit enim

inter inimicam sibi multitūdinem constitutum instructa prælijs acies : illa semper invigilat, & varijs perfoſsum iſtibus abigit infeſtantem. Quot bella illis Diabolus intulit, numerant tot triumphos. Non metuunt, quoties adesse Sathan, ut dimicantes acuant, clasſico fuerit ſtidente nuntiatum. Semper eruditos, & fortes reddidit quotidiana decertatio ; quomodo prolixior pax solutos. His dicitis, dimiſſam fratribus cellulam, quos ibidem prædicti amor congregaverat, apud Lerinum improuisus apparuit. Nuntiauit Virum inſignium meritorum, facies ieuiuj pallore decorata. Nam dum ſecretri nitorem hominis ſplendidissima macies indicaret, non defuit actuum eius præco consuetus, immaculatam conuerſionis ipsius ſpeciem, sub verborum abundantia, & relationis ubertate deſcribens. Mixtus grandeuis, & præcipuis, geſtorum ſuorum lampadem non minori intellexit igne rutilare : metitus eſt fomitis ſui lucem, dum videt alieni. Quasi inter ornamenta cœli, ut sydera pleno fulgore micantia ſupernenientis aſtri claritudo ſocietur ; certant ſine inuidia geminare radios, & per augmenta luminis ſpeciem ſuperare nouitatis : alia prolixiori origine facem ſuam ſteſla commendat ; alia puriorē unam ditat ; potior flamma nobilitat alteram, per ſpacia nocturna ſincerior. Sic ANTONIUM noſtrum per uniuersas locorum mutationes, à Chriſto veniens disciplina comitata eſt. Prouidit tamen, ne cui in illa nutrice Sanctorum Inſula, cum præſtare meritis, præferre videretur honoribus : ſciens in humilitatis radice plantatum, ad Centenos fructus affurgere. Blandus inuenibus, grauis maturis, doctus peritis, ſubmiſſus exiſtendo ſimplicibus, totam illam Dominici gregis Legionem, diſtinctam actu, variatam gentibus, quaſi unam animam in ſua affectione collegit ibi biennio ſe ipſo potior, Mundi iſtius ſarcinam deponens, victor inſidiarum quas antiqui ſerpentis parat aſtutia, diem noſtrum, & lucem praefentis ſeculi, perpetui luminis adeptione commutauit. Taceo, qualiter vitam ipſius mortis claritudo ſignauerit : ne uniuersa digerens, ne tam veritatem narraffe, quam prædicti laudibus videar immoratus. Veluti ſi quis conſitum lucum frondium densitate repererit, ex quo coronam, ferro ſtrigente, ſubripiens, genium ſylue, dum præſumit parua non amonet. Melioribus equidem de ANTONI I noſtri factis, que ſtylo non attingi, narranda ſeruauit. Vincar forte eloquentia flumine, nemo me illum ſuperabit affectu. Habeat qui ſecutus fuerit de peritia meſſe iactantiam, mihi gratiam B. Hominis nemo præripiet, qui ad explicantia eius bona primus acceſſi.

HÆC ſunt ACTA quæ deſcripſit Ennodius, vbi plurima referenda calamus prætermiſit eruditus, & multa ſcitu digna doctus despexit ſtylus, videlicet Hispanam originem, & Matris Nomen Hispanæ, quæ niſi Nobis Aulus Halus Burdigalensis ſuppeditaret, in origine adhuc, ut huc uſque, ieuinaret ſpes. Enigitur Poëta Burdigalensis Epitaphium, quo noſtra firmatur intentio :

PRO S. ANTONIO LERINENSI,
Abbate, Epitaphium ; ab Aulo Halo
Burdigalensi.

Cefpite ſub cauo tegitur Venerabilis Abbas
Lerini ANTONIUS, qui fuit Orbis honos.

Que omiſit
Ennodius?

Secundinus erat Pater, hunc ex coniuge Ibera
Sustulit, & tandem Austrica regna petit.

Epita-
phium.

Ad Lerinenses transgressus Numina querit,
Hic Sancti titulo, Magnus ad Aſtra volat.

Prætermiſit etiam Ennodius Diem transiſtiſ S. Viri, quod ex post facto Baroniū

Dies, &
Annus
translati.

nus suppleuit & in hunc reposuit, adeo ut iam probatione non indigeamus.
Tum denique *Annum dormitionis* omisit, quem circa CCCC. LXXXIV. fuisse
pluribus ostendit idem Cæsar Baronius in *Annal. Eccles. Tom. 6. Ann. 488.n.14.*
Quibus omnia remanent ACTA completa.



Q V A R T O

Kal. Ianuarij.

D I E S X X I X .

- A. CARTHAGINE in Africa S. CRESCENTIS , B. Petri Apostolorum Principis , Discipuli ; qui eiusdem comes individuus , Hispanias invisit , lustrauit , & Euangelium multis in populis prædicauit , & mortuo Theodoro Cæsaraugustano , ut eius ultimam voluntatis sententiam exequeretur , cum sacris exuuiis Galliciam perrexit , easque iuxta S. Apostoli Magistri sui IACOBI , Hispaniarum Patroni pignora , conlocauit , postmodum cum aliis ad martyrij coronam accessit.
- B. TOLETI in Carpetania Hispania S. GVNTERICI , ipsius urbis Regia Episcopi ; qui cum Vvitizæ Regis Gotorum obscenæ legibus restitisset , primùm secretis cohortationibus , post sermonibus publicis , ab eo despetus , à Proceribus obiurgatus , & à propriis Clericis derelictus , tandem arumnis confectus , ad Superos euolauit Confessor.
- C. HISPALI in Batica Hispania , Depositio S. CALIXTI , Martyris , Romæ paſi ; Cuius sacra pignora in Monasterio Fratrum Excalceatorum SSS. Trinitatis honorificè seruantur , & annuâ veneratione coluntur.
- D. BARCINONE in Cathalonia Hispania Depositio S. BONIFACII Martyris Romani : Cuius sacra lipsana Româ Hispaniam delata , Monasterium Fratrum Excalceatorum SSS. Trinitatis honorifico cultu seruat , & piâ religione colit.

NOTEÆ.

ANCTVS CRESSENS, Discipulus S. Petri, Hispanie Predicator.] A.
 Hanc fuisse, sanctissimum illum Antistitem Viennensem, cuius memoria in Martyrologijs Beda, Vsuardi, & Adonis, necnon Cæsaris Baronij Die V. Kal. Jul. lit. A fol. 395. & b. d. lit. F. fol. 793. celebratur, Nostri Scriptores affirmant, quos Franciscus Biuarius in *Not. ad Dextr. in Chron. Ann. 50.n.4.fol.102. & Ann. 71.n.5.fol.169.* enumerat. Qui viriliter ex Metaphraſte societatem cum S. Petro, & in Hispanias aduentum probat, maxime his verbis, quibus S. Petri ex Roma Hispanias itineris relationem digerens, sequentia profert. *Venit sirmium, ciuitatem Hispaniæ, quo in loco, cum Epænetum constituisseſſet Episcopam, deuenit Carthaginem Africae, in qua CRESSENTEM ordinauit Episcopum.* En ex Metaphraſte Hispaniæ lustrationem, & infuslam, post regressum ex Hispanijs Africam, Carthaginem. Post hæc S. M. Maximus in *Hymn. SS. Praeful Cæſaraugstan.* apud Rodericum Caro fol. 230. col. 2. & apud Biuar. fol. 54. afferit, S. CRESCENTEM istum Carthaginensis Ecclesiæ Praefulem, S. Theodori Cæſaraugstanti Corpus ad Cyrenem Africæ passi, Hispanias transtulisse, & iuxta Apostoli IACOBII pignora tumulasse. En Carminis fragmentum.

*Laudo te primum Sacer Athanasi,
 Teque praftanti Theodore cantu,
 Non minus nostris Epitecte Praeful
 Dignus es Odis.*

*Tertium, & Primum vidit ipſe Iberus
 Fortiter paſſum. Sed enim Secundum
 Sacra per tractus Lybicos ferentem
 Clara Cyrena.*

*Hic cubant sacri cineres ſepulti
 Quos dolens CRESSENS ſepelire mandat:
 Hinc leuat CRESSENS, grauiore cauſa,
 Frater, & hofpes.*

In cuius Carminis explicatione Didacus Murillo *Hifor. Cæſaraugſt.* hallucinatus, quid CRESSENS verbum in carmine dupli signifaret ignorans: sed eius incuriam ostendens Biuarius, prosequitur: *Nesciebat enim (Murillo) qui eſſet hallucinatus ille; cum tamen aliis non ſit, quam qui primus eo nomine dignus fuit,* tunc *Pauli & Petri Discipulus, & tunc temporis apud Carthaginem Africae Episcopus.* In sequenti versu legebatur: *Hinc iuuat CRESSENS, cum omnino legendum sit:* Hinc leuat CRESSENS; *Nam ſenſus eſt CRESCENTEM inde leuaffe Reliquias Martyris (Theodori) & in Hispanias detuliffe: iuxta id, quod ipſe Theodorus iuferat;* & hec illa grauior cauſa, que S. CRESCENTEM copulit, ut ferret ipſu inde, & ad latus IACOBI Apostoli colligaret. Secuntur Biuarii opinionem ex Maximo Didacus Morilli *Hif. Cæſaraugſt. I. p. c. 21. f. 183.* Ludouicus Lopez *Hif. Cæſaraug. 2. p. c. 7. fol. 413.* & Nos ſupr. Tom. 2. Die XXIV. Mart. fol. 369. vbi & ſi de hac Translatione nihil egimus, ea fuit cauſa, ne illam hic repereremus, & dupli relatione Lectorē grauaremur, & quia huius Translationis S. Theodori festum ſupr. Tom. 2. Die XXVI. Mart. lit. A. fol. 402. recenſuimus. Hæc ſunt quæ ad Noſtras ſpectant, ideo hic ſubſtituit. *H H h h* mus,

Mart. Hisp. Decemb.

Martyrologia.

*Cum Petro
Apoloſo
luſtrant
Hispanias.*

*Post Cor-
pus S.
Theodori
Compoſtel-
lam tran-
ſulit.*

*De Epis-
copatu
Viennensi
remiſſione.*

mus, & ad Gallicanos Scriptores circa Viennensem insulam, te missum facimus.

B. S. GUNTERICVS Episcopus Toletanus Confessor.] Nescio quid fuerit in causa, quod hunc sanctissimum Praefulem Toletanum gloriae sanctitatis praeclarum, culmine castitatis conspicuum, doctrinæ vertute facundum, & miraculorum virtute sublimatum, nullus ex antiquis, & recentioribus Martyrologis in *Albo Sanctorum* adscriperit, maxime cum ex Aluaro Gomezio in *Vit. eiusd.* apud Ieronymum de la Higuera in *Not. ad Luitprand. in Chron. n. 167. fol. 381.* constet, illum fuisse in numerum Sanctorum relatum. Meo iudicio, nulla alia potuit evenire, quam proxima, & fatalis Sarracenorum per Hispanias irruptio, quæ prouersus omnia sacra, distubio sopita, Episcoporum fugâ consumpta, Clericorum internecione oblitterata, Monachorum populatione confusa, Ecclesiarum strage despecta, & Scriptorum defectione antiquata. Ast Deus, qui temporum renovatione, noua confundit, confusa patefacit, & antiqua reuelat, inter tot Ismaelitarum turbines, populorum ruinas, Episcoporum absentias, Clericorum incurrias, Monachorum inopias, Ecclesiarum clades, & Scriptorum indigentias, hautquaquam passus est, quod tanti Viri memoria prouersus deficeret, & ideo quod scriptura tanto tempore siluit, post memoria conseruaret, & conseruata proferret. Hinc evenit, quod ea omnia, quæ temporis edax custodia sub silentij ergastulis oculere disposita, contractis vestibus iamiam eluscentiæ Hispaniarum auxilio cœlesti, illa quæ occluderat, reseraret. Promiserat enim suis Dominica, & fidelis locutio, nequaquam eorum capitis capillos, vilibet absconditos, perituros; ut quid eorum memorias? Reseruat autem sibi, pro maiori Sanctorum gloria, & ipsius honore, propalationis tempus, ideoque, multos adhuc sub silentio delitescentes conspicimus, ast etiam plurimos quotidie loca subterranea parturiunt, & terræ hiatus miraculorum prodigijs eruant. Quid hoc? Diuinæ dispositionis imperium: æternæ prouidentiæ voluntas; quæ vt omnibus ætatibus, & seculis faueat, per ætates, & secula Sanctorum nomina haetenus incognita prouidus manifestat, eorum res gestas, sæpesæpius in codicibus, aut corrosis, aut blateratis indiget, & sacras exuvias in locis horribilis & incognitis dignatur ostendere. Ergo quem *Martyrologorum* non agnouit auctoritas, Scriptorum, & Historicorum propalauit sedulitas. Adsit primus *Luitprandus*, omnibus sequentibus antiquior in *Chron. Ann. 704. n. 173. fol. 383.* his verbis: *GUNTERICVS, Toletanus Praeful, sapientia, prudentia, & (vt aliqui volunt) miraculorum gloriae præclarus, valde resistit libidini, & petulantia Regis Witizæ, scelerissimi.* En S. Virum miraculorum gloriae præclarum. Sed Isidorus Pacensis in *Chron. Era 742.* sequatur: *Per id tempus GUNTERICVS, Vrbis Regie, Toletanæ Sedis Metropolitanus Episcopus, sanctimonie dono illustris habetur, & in multis mirabilibus auctor celebratur.* Succedat Don Rodericus Archipresbyter *Toletanus Histor. Hispan. lib. 3. c. 14.* qui eadem verba protulit, nec transcribenda. Alphonsus Sapiens in *Histor. General. 2. p. c. 54.* subsequatur: *E en aquella sazon era Auzobispo de Toledo GONDERICO, è era home casto, è de gran santidad, è por quien fiziera muchas virtudes, è muchos milagros Nuestro Señor Dios, tal servicio le auia echo. Quæ sic Latine sonant: Et eâ tempestate, GUNTERICVS sedem Toletanam tenebat, qui erat homo castus, & magna sanctitatis Vir, & cuius precibus Deus Dominus Noster innumeras virtutes, & plurima miracula patravarat, sed tale obsequium illi praefliterat.* Eadem transcriptis Stephanus Garibay in *Comp. Historial. lib. 8. c. 46.* M. Aluarus Gomezius in *Vit. S. Gunder. hac: GUNTERICVS tamen Felici succedens, Vir morum etiam probitate clarus, quem ob eius insignes virtutes, & miracula adiuncta, ut Auctores sui temporis aiunt, fuisse in numerum Sanctorum relatum.* Garsias de Loaysa agens de SS. Eugenij Toletanis, Ildefonso, Felici, Iuliano Praefulibus sanctissimis, & in Tabulis Ecclesiasticis adscriptis, addit *GUNTERICVM*, & concludit: *Quorum mores integri, & sanctissimi, virtutesque excellentes, & singulares eos segregarunt ab omni consuetudine mortali, ita ut miracula in hominum specie, viui, & mortui ederent.* Franciscus Pisa *Histor. Toletan. lib. 2. c. 19.* & P. Ieronimus de la Higuera ad *Luitprand. d. n. 173.* D. Thomas Tamayo ibid. fol. 101.

S. Praeful
fuit rela-
tus in nu-
merum
Sancto-
rum.

*Sed qua
causa obli-
uionis in
tanti Pra-
efulis me-
moriam?*

*Deus San-
ctorum
suorum
memorias
aliquando
occultit, &
aliquando
propalat.*

Scriptores.

& 109. in Diplich. Praesul. Toletanor. n. 46 fol. 126. Marianalib. 6. c. 19. & c uotquot
res Toletanas prosecuti sunt. Eius ACTA scripsit Gomezius, illa Nos meliori
calculo coagulabimus:

*ACTA S. GVNTERICI EPISCOPI
Toletani, & Confessoris, ex Luitprando,
Gomezio, & alijs.*

GVNTER IDVS, alijs GVNTERICVS, nonnullis GVTERICVS,
plurimis GOTER, inde GODEL, ex quo GODELORVM, siue GVDIELO-
RVM illustris familia sumpit exordium, fuit Toleti natus. & origine Go-
thus, ex nobilissimis illius seculi parentibus, & familiis ortus. Qui cum pri-
mum infantiae bullatam vestem demisit, & induit praetextatam, sub S. Ilde-
phonsi magisterio positus, non solū doctrinam didicit catholicam sed etiam
virtutum apices imitari promeruit. Inter ceteras honestatis probitates, qui-
bus maxime sanctissimus fulgebat Magister, castitas primum locum obti-
nebat, adeo, ut Virgo Virginis aduersus hereticorum commissa, & errores
suam pudicitiam defendandam, commendaret. Huius GVNTERICVS
excellentia culmen, tantè fuit efficacia consecutus, ut ad usque ultimum vita
halitum, illam mente, & corpore conseruaret. Quod S. Ildephonsus nobilis
adolescente pluries premeditans, & caelesti prouidentia suffisus, futurum
iuenem Vrbis Regiae splendorem, & Ecclesia fulgentissimum iubar predi-
xit. Post hac in homine illo tantorum facinorum illustrium cumulos contu-
ens, S. Adolescentem inter Ecclesie Toletanæ ministros conlocavit, ut sa-
crosanctis ritibus imbutus, ad ordinum Ecclesiasticorum specimena doctus
accurreret. Huius munericis onera GVNTERICVS exercuit temporibus
Ildephonsi, Quirici, Iuliani, & Siseberti Toletanorum Antistitum, donec
Felix eius Condiscipulus, fuit ad fastigium tanta dignitatis electus, à quo
Archidiaconatum S. E. Toletanæ primum promeruit. Cuius ministerium
tanto iudicij & prudentie acumine, tanto iustitiae zelo, & tanto Sanctitu-
dinis splendore direxit, ut prorsus antiqua temporum monumenta, quibus
Patrum sanctitas, Apostolorum doctrina, & insignium Virorum exempla
refulgabant, renasci crederentur. Peruolauerat iam per totos Hispaniarum
angulos fama virtutum, & dum ipsa loquax illustria S. Archidiaconi faci-
nora recensebat, ille humiliatis tegmine contractus, vix diei lucem conspi-
cere volebat. Sed cum ingenij, & virtutis lamina sub modo stare Euange-
lica prælocutio prohibuit, sic GVNTERICI secessus ad maiora consequenda,
animos omnium continua impulsione permouit. Igitur tunc, temporis Se-
guntinam regebat Ecclesiam Ela huius nominis I. quo è viuis sublato,
Cleri, & Populi Seguntini suffragijs B. Archidiaconus ad tanti munericis
apicem vocatus est. Renuit aliquantulum humana fragilitas, & humilitas
beata contradicere monebat; sed proximorum salus, diuina voluntas, &
obedientia Superioris omne contradictionis vinculum dissoluit. Itaque onus
Angelicis humeris formidandum S. Praesul super humeros suos imponens, in
sponsa sua oscula properauit. Tum Apostolicum munus exercens, depraua-
tos mores correxit, Ecclesiastica munia in meliorem disposuit statum, gre-
gem sibi commissum doctrinam, & exemplis instruxit, & omnia que ad suum
ministerium spectare credidit, sic digessit, & constituit, quod nisi sequentia
tempora, omnia queque sancta, & iusta fædarent, dubio procul in sua diœcesi
verus Dei cultus, Ecclesiarum auctoritas, Clericorum probitas, populorum
obsequium, & fidei integritas, poterat ceteris Hispaniarum diœcesibus
exempla præbere, Sed Felice Toletano Metropolita carnis sarcinam exu-
ente, in eius locum GVNTERICVS à Saffraganeis, & Palatinis in Sede
Toletana suffectus est, qui petulantiam VVitizæ, iam regnantis, erum-
pere cognoscens, sic eius pessima natura indicijs ebullientibus se Pontifex

Mart. Hisp. Decemb.

HH h h 2 Beatus

Origo, &
patria.

S. Ilde-
phonsus ada-
kebit.

Eius casti-
tas.

Fit Archi-
diaconus
Toletanus.

Et Episco-
pus Sagun-
tinus.

Et Toleta-
nus Me-
tropolita.

Beatus opposuit, ut quamvis adolescentia proteruitate, in licentiam omnem raperetur, attamen aetatis iunioris causâ, adhuc pudoris claustris non abruptis, G V N D E R I C O reverentiam deferebat, eiusque monitis, & suauis, aliquot bonitatis edebat exempla. Nam eo tempore Monasterium in Toletano suburbio construxit, duobus Millibus passuum in Occidentem ab urbe distans, quâ Talabrigam itur, quibus ad aquam in Cœnobium deferendam, arcus opere fornicate erant impositi, ubi prædia, & olineta sunt, atque aliae arbores cum vitib[us] consita. Hoc S. Petro dedicauit; atque in eo fœminas conuersari iuſſit, qua iuxta Benedicti regulam, atris velis caput velarent. In quod quoniam maturioris aetatis mulieres, quas rerum humanarum iam tedium cœperat admitiebantur, illudque Matronarum, quas illa aetas D O M I N A S, & Nostra D V E N A S appellabat, & vocitat, cognomen tenuit. Ipse S. Pontifex ascitis eius Suffraganeis Episcopis, Toleto Ecclesiam S. Torquati, B. I A C O B I Apostoli Discipuli consecrat; & VIII. Kalendas Nouembris, Anno DCC. IV. Concilium Toleti congregat, ubi de Fidei custodia, & morum reformatione, actum, nonnullos canones sanctimonia Patrum coagulauit. Sed cum Rex V V i t i z a pudicitia, & pudori iamiam freна laxaret, & precipitatus per omne flagitiij genus vincula castitatis erumperet, legem tulit, ut more Sarracenorum, cuiilibet laico, & clericu li- ceret, quotquot posset atere uxores, & concubinas, impune domini sue retinere. Tunc singulari animi contentione effrenatis adolescentis V V i t i z æ co- natibus resistit G V N D E R I C U S, quinimo inter regulas prudentia, & cha- ritatis, primò blandis cohortationibus, & admonitionibus Kegem reducere conabatur; at ubi non successit, mox publice sermonibus, & in terminatione anathematis ferendi deterret. Ast Regis, Procerum, Clericorum, & ple- bium insolentia adeo iam vires insumpserat, licentia criminis, & facultate peccati, ut S. Pontificis auctoritatem despiceret, monita calcaret, & iussa supprimeret. Has ille calamitates deplorans, atate, malis, exumnisque con- fectus, sancte, placide que quietuit in Domino, IV. Kalendas Ianuarij, Anno Christi DCC. VIII. Cuius Corpus in Domo natali S. L E O C A - D I A E, Virginis & Martyris, lugentibus eum, tanquam Patrem, & lumen amissum, viduis, egenis, & orphanis, conditum, hoc illi posuit Carmen Se- pulchrale Sinderedus eius Archidiaconus, & Successor:

A. X. Ω.

G V N D E R I C E Pater, viduis pes, lumen egenis,
Orphanus hoc omnis Præsule latus agit.
Nactus es, ô genitor, scopulosa tempora vita;
Heu nocuit multum consuluisse bene!
Omnibus ipse malis exemptus in Æthere gaudes,
Atque ibi fers zeli præmia digna tui.
Discipulus tibi dat carmen, pro more, Magistro,
Synderedus amans; quod cape, quæso, libens.
Esto memor nostri, Gentis memor esto Gothorum,
Rex Vvitiza diu regnet, & Astra petat.

HÆC sunt ACTA, quorum relationem, qui probare omnimodam cupit, adeat Luitprandum in Chron. n. 167. 171. 172. 173. 175. & 176. vbi Jeronymus de la Higuera in Notation. à fol. 380. ad 384. & Julianum in Chron. n. 364 & 375. licet perperam in Ecclesia S. Torquati consignet D. Rodericum Toletanum in Histor. Hispan. d. lib. 3. c. 14. & 15. & alios superius citatos. Sed valde miror D. Tho- ma Tamayo censuram in Defensione Veritat. Dextr. Nonitat. 7. fol. 126. quâ S. Præfuli

Vvitizæ
mores
ciērget, &
Monaste-
rium ex-
truere pa-
rat.

Ecclesiam
consegrat,
& Concli-
gium con-
trahit.

Aduer-
sum Re-
gem, &
legem in-
surgit.

Moritur,
& sepeli-
tur.

Epita-
phium.

D. Thome
Tamayo
censura di-
luitur.

Præfulis Nostri constantiam taxauit, proferens, eam in eo defecisse, aduersus *VVitiae* impietates. Quod pro fuis doctissimus Vir ex se non dixit, sed malitia, & calliditate Auctoris, à quo commentum defumpst. Quidquid sit pro fortitudine S. Præfulis stat antiquitas.

SS. CALIXTUS, & BONIFACIUS *Martyres Romani.*] Eos in vnum coniunxere h. d. Venerabilis Beda, & Cæsar Baronius in Roman. *Martyrolog. fol. 792.* C. D. *Martyrologia.*
hac clausula: *Roma Sanctorum Martyrum CALIXTI, Felicis, BONIFACII. Conueniunt Dionysius Vazquez in Castellan. fol. 213. Ioannes Lupus in Lusitan. fol. 276. Constantius Felicius in Ital. 2 p. fol. 216. Phillipus Ferrarius in Catal. SS. Ital. fol. 809.* Sed iam illorum CORPORA separauit munificentia Vrbani VIII. Pont. Max. qui eodem R. P. F. Ioanni ab Annuntiatione concessit, & iste cum alijs Sanctorum Martyrum Corporibus Hispanias emisit, ut inter Conuentus Fratrum Excalceatorum SSS. Trinitatis illa distribuerentur. Quæ Generalis Minister illius Ordinis distribuit, & S. CALIXTI Monasterio Hispanensi; & S. BONIFACII Conuentui Barcinonensi feliciter applicauit; vbi adhuc reposita honorifice seruantur, & piâ religione coluntur: vt ex Auctographis superius, in pluribus recensitis, continentur; quæ hîc inserere prolixum erit, ideo illa omittimus.



T E R T I O

Kal. Ianuarij.

D I E S XXX.

- A. HISPANIAE celebris est festivitas TRANSLATIONIS Sacrorum pignorum S. IACOBI, Zebedai filij, Nostri Patris, Apostoli, Magistri, Doctoris, & Patroni, Ierosolymâ Compostellam, quæ in monumentis conscripta sacris, singulari deuotione omnium Ecclesiarum Hispania veneratur, & colitur.
- B. SPOLETI in Italia SS. EXUPERANTII, & MARCELLI Martyrum, Quorum aliquot sacra lipsana in Cœnobio Cartusianorum Aniagensi propè Segobiam Hispania seruantur, & annuâ veneratione coluntur.

NOTÆ.

A.

Martyrologia.



RANSLATIO Corporis S. IACOBI Apostoli, Ierosolymā Hispaniam.] Celeberrima, & famigerata est, non tantum in Ecclesijs omnibus Hispania, hæc festiuitatis solemnitas, sed etiam toto Christiano Orbe, ita, vt vix fuerit Prouincia Europæ, quæ illam aut prætermiserit, aut ignorauerit. Hinc ipsam celebrant Martyrologi Ioannes Molanus in Addit. ad Vuard. h. d. fol. 217.

hoc elogio: *Compostelle in Galleria Aduentus Corporis S. IACOBI Apostoli, qui, quod viuâ voce non potuit, cadavere tranco, Christianam pietatem mentibus Hispanorum ingessit.* Constantius Felicius in *Martyrolog. Ital.* 2. p. fol. 217. Franciscus Maurolycus fol. 86. Ieronimus de la Higuera in *Hispan. MS.* fol. 66. Petrus Equilin. in *Catalog. SS. lib. 6. c. 133.* Philippus Ferrarius in *Catalog. General. SS.* fol. 490. & in *Topograph. SS. verb.* *Compostella* fol. 39. col. 2. Antiquiores illam recolebant Die XXV. Iulij, vt notauit Cæsar Baronius ibid. lit. A. fol. 451. vbi plura refert. Hæc igitur *Translatio* ab eo ipso tempore, quo peracta fuit, in toto Hispaniae circulo cultum promeruit, vt indicat Flavius Dexter in *Chron. An. n. 42.* apud Biuar. *Comment. 2. n. 1.* fol. 87. vbi plura cumulat, & ibidem Rodericus Caro lit. E. fol. 19. col. 2. Julianus Toletanus Archipresbyter in *Chron. n. 15.* Agunt de hac ferè omnes Hispanicarum Retrum Scriptores. Ioannes Vassæus in *Chron. Ann. 850.* Sampyrus Asturicensis in *Chron. Er. 617.* Stephanus Garibay in *Compend. Historial. lib. 9. c. 4.* Ioannes Belethus de *Divin. Offic. c. 140.* Ambrosius Morales *Histor. Hispan. lib. 9. c. 6. & 7.* Don Franciscus Padilla *Histor. Eccl. Hispan. Cent. 1. c. 13. & 19.* Nos sup. *Tom. 1. Die XXII. Februar.* fol. 205. & seqq. vbi Hymnos ex Breuiario peruetusto MS. S. Cucuphatis del Vallès in Cathalonia, circà usum conchiliorum, quæ peregrini sepulchrum S. Apostoli visitantes in galeris, & sagis portant assuta, & effigiem, retulimus. Et *Tom. 2. Die XXV. Mart. lit. B.* fol. 391. & *Tom. 4. Die XXV. Iul. lit. A.* fol. 237. huius solemnitatis cultum antiquissimum retulimus. Quem in omnium Ecclesiarum Breuiariis vetustissimis inueniet quælibet studioſa sedulitas, in quibus, maximè in Toletanis, & *Compostellanis* sequentes Hymni:

IN TRANSLATIONE S. IACOBI
Zebedæi Apostoli, Hymnus ad Vespertas.

A *Dest dies latitiae*
Beatus in quo IACOBVS
Terris datur Hispaniæ,
Dux & Patronus inclytus.
Qui pro Christo supplicium
Primus passus præ ceteris
Apostolis, indicium
In cælum dedit itineris.
Cuius Corpus Discipuli
Nocte leuantes mediâ,
Profani metu populi

Petunt foppem præsidia.

Nauis parata mittitur

Illis à Deo marium :

Corpus in ea ducitur

Per Maris longum spatiū.

Post dies septem Iriae

Portum intrantes gaudio ,

Omnes cœlesti Curiæ

Laudes cantant tripudio.

Ibi multa miracula

Ostenduntur diuinitus :

Corpus ardens, ut facula ,

Fulgore fulget cœlitus :

Gloria Tibi Domine ,

Qui natus es de Virgine ,

Cum Patre, & S. Spiritu

In sempiterna secula, Amen.

HYMNVS AD MATVTINVM.

Gaudē felix Hispania ,
Lætis exultans mentibus ,
Tui Duci solemnia
Dignis cantando laudibus .

Hic est ille Magnificus
Miles, potens certamine ;
Primus palmâ glorificus
Apostolorum agmine .

Qui post mortis sententiam ,
Naui deductus friam ,
Tibi dedit notitiam
Magna cœlestis Curiæ

Ut reprobares Idola
Cum omnibus piaculis ;
Iam fide facta es credula
Multis visis miraculis .

Nam Draco magnus rumpitur
Percussus à Discipulis ;
Signo Crucis obsequitur
Turba Boum horribilis .

Cæmento Fons dissoluitur

Turba

Turbæ obruuntur lapide :

Fera Matrona vincitur ,

Christi suscepto Nomine .

Corpus statim conditur

Diuersis aromatibus ;

Et Compostellam ducitur

Psalmis , hymnis cœlestibus .

Vbi sepultum Tumulo

Multis fulget prodigiis ;

Virtutibus vita pabulo

Nos regens , & præsidii .

HIVS igitur TRANSLATIONIS Corporis Apostolici ACTA descripsere Leo III. Pont. Maximus in Epistol. ad Elian. Toletan. Antifit. cuius initium : *Noscat fraternitas vestra* : quâ in Lectionibus huius diei , vt ebantur plures Ecclesiæ Hispaniæ in suis antiquis Breuiarijs , licet hodie alijs vtantur ex decreto Gregorij XIII. Pont. Max. qui inter cætera , pro SS. Hispaniarum , officia recitari permissa , & in fine Breuiarij Romani edita , hocce de Tranflatione S. IACOBI præscripsit , in quo Lectionum exordium Compostellana Ecclesiæ monimentis traditur. Item post Leonem Vincentius Bellouacensis in Specul. Histor. lib. 8.c.6. & 7. S. Antonius in Summ. Histor. 2.p.tit.6.c.7. Zurita, Villegas, Marieta, & alij ex Nostris. Ioannes Boscus Parisiensis ex Bibliotheca Floriacensi Commentarium edidit de hac Translatione ab Anonymo scriptum ante Sexcentos Annos, illudque Philippo III. Hispaniarum Regi Catholico , Anno 1605. dicauit , & in eius Floriacensi. Biblioth. fol. 183. conspicitur : cuius fragmentum retulit Andreas Scotus in Biblioth. Hispan. fol. 9. Ea dabimus ex Tribus MSS. Legendarijs S.E. Toletanæ , Montis Syon , & Ælii Antonij Nebrisensis , sic :

ACTA TRANSLATIONIS CORPORIS Apostolici IACOBI, Hispaniarum Patroni, Ierosolymâ Compostellam Galloeciæ, ex MSS. Legendariis, & Ælio Antonio Nebrisensi.

Quando
Apostoli
fidei præ-
dicationem
coperunt.

Iacobi
Apostoli
merita, &
virtutes.

Hispanis
verbum
Dei prædi-
cat.

POST Saluatoris Nostri passionem , eiusque glorioſissimum Resurre-
ctionis trophyum , mirabilemque Ascensionem , quâ paternum usque scandit
ad solium ; necnon & Paracleti Pneumatis flammam super Apostolos
effusionem , sapientia radio inluminati , ac cœlesti gratia illustrati Apostoli ,
quos idem elegerat , paſsim gentibus , nationibusque , quas unicuique for-
tione diuina obrigerat , Christi nomen , suâ prædicatione patefacere cœpit .
De quorum præcluenti numero , mira virtutis Sanctus extitit IACOBVS ,
vitâ beatus , virtute mirificus , ingenio clarus , sermone luculentus , & filius
zonitri : cuius uterinus Ioannes habetur Euangelista , & Apostolus . Huius
namque gratia tanta fuit concessa diuinitus , ut etiam ideo inestimabilis glo-
ria & Dominus , incomparabili claritate , coram eius visib⁹ , super Montem
Thabor transfigurari non sit designatus , adstantibus cum eo Petro , & Ioanne
veridicis testibus .

HIC ergo , alijs diuersa Cosmi clymata adeuntibus , nutu Dei Hesperiæ
oris appulsus , hominibus inibi degentibus , patriamque incolentibus , verbum
Dei , vna cum Discipulis , quos secum deferebat , more Apostolico , prædicando
differuit intrepidus . Vbi dum parva seges , quæ tunc excoli vellet , inter

spinæ

spinas fructifica innueniretur; paululum commoratus, & lustratis pene omnibus Hispaniæ urbibus, fertur septem clientulos præelegisse, Christo subditos, quorum collegio, exaltendo spinas, arbusta extirparet radicis; verbique semina, telluri diu sterili, permanenti committeret propensius. Cumque dies imminueret supremus Ierosolymam tendit festinus, à cuius conuberali solatio prædictorum vermularum nullus extitit subtractus. Quem Saducaæ, ac Pharisæica dum stipat manus, improba antiqui serpenti illecta versutia, innumera opponit ipsi de Christo problemata. Verum S. Spiritus ebriatus gratiâ, eius eloquentia à nemine est superata; unde eorum fremens ira furit in eum acrius incitata. Quæ in tantum, instimulante inuidia zelo succenditur, atque debacchatur, ut importunitate seu violentorum impetu raperetur Apostolus, Herodisque presentia necem præcepturus raperetur. Qui capitali, ac gladiabili sententiâ plexus, rosei quoque cruxis sui vndâ perfusus, triumphali martyrio coronatus, ad cælum euolat immarcessibili coronâ laureatus. Examime vero CORPVS Discipuli furtim arripientes summo cum labore, & percitat festinatione deuehunt ad Ioppis littora, ubi Nauem sibi diuinitus paratam innueniunt, quam ascendentis alto committunt se gurgite, atque Die Septimâ ad terram perueniunt, & orationibus desiderabile solum carpunt. Neque est hesitandum, rerum auctori tunc temporis copiosissimas grates, ac digna persoluisse præconia, tanto munere sibi à Deo concesso tunc, eo quod nunc piratarum insidias, nunc vitabundas scopulorum illisiones, nunc biantium cacas voricum, absque illius detimento, transegerant funes.

IGITVR tanto, ac tali subnixi Patrono, ad cetera suis usibus profutura, animos intendunt: quemque suo Martyri requiesendi locum Dominus præelegit, explorare pertentant. Itaque itinere ad Orientem directo, in cuiusdam Matronæ Lupæ nomine prædiolum, ferme Quinque Milliarijs ab urbe semotum, sacratum comportant, atque deponunt loculum. Quis autem illius fundi possessor haberetur sciscitantes, quorundam comprovinciam ostensu comperiunt; suaque indaginis compotes effici, vehementissime, atque ardentissime gestiunt. Demum quippe fæminam adeuntes conloquuntur, narrantesque per ordinem rei aduentum, sibi impendi quoddam exceptunt delubrum, ubi ad adorandum statuerat ipsa simulachrum, atque illic denuò gentilitatis errore frequentabatur fanum. Quæ clarissimis orta natalibus, ac etiam supremâ interueniente sorte, viro viduata, tam & si sacrilega non fuisset superstitioni dedita, non suæ nobilitatis oblitera, nobilium, & ignobilium sese appetentium abdicarat coniugium, ne tanquam scortum, priorem pollueret maritalem thorum. Hæc quidem eorum petitionem, & verba superius revoluendo, priusquam responsum daret ullo modo, cogitat cordis in imo, quonam modo eos traderet ferali exterminio, atque hunc tam sermonem reciprocat sauiens in dolo: Ite (inquit) petite Præsidem, qui moratur in Dugio; locumque postulate, ab eo, in quo vestro sepulturam paretis mortuo. Cuius dictis parento; pars, exequiarum ritu, circa Apostolicum Corpus, uno excubat in loco; parsque oxyssime ad Presidiale Palatium calle peruenit citato. Ante cuius ducti presentiam, cum quidem more salutant regio; qui, & unde sint, & quamobrem aduenierint aperiunt narrando. Præses autem, licet in initio libenter aduerteret assertiōnem benuolus, & attentus, tamen incredibili stupore attonitus, hastans quid sit acturus, Demoniaco iaculo vulneratus, clam insidias tendi, atque Christicolas necari iubet admodum efferus. At illi verò, hoc Dei velle comperto, clanculum diuertendo, prope abscedunt fugitando. Ut autem Præsidi est intimatum de eorum fuga, acerrimâ commotus irâ, rabidi quidem Leonis imitatus ferociam, cum his, qui in eius erant Curia fugientium Deicolarum pertinaciter inseguiri vestigia. Cumque iam ad id fuerit ventum, quo pene crudelium manibus caderentur, cuinsdam fontis arcuati Mart. Hisp. Decemb.

Ierosoly-
mam repe-
dat.

Vbi coro-
natur.

Corpus
Galleiam
peruenit.

Lupam
nobilissi-
mam fa-
minam
Discipuli
aduent.

Quæ ad
Præsidem
Gallacie
eos dolo
emituit.

Qui eos
necari iu-
bet.

isti trepidantes ingrediuntur spatha, qui se minus securi cogitantes à nemine visi fontem deserunt. Crudeles ministri confidentes, una ingrediuntur fontem; sed subito Dei Omnipotentis iudicio, Pons dissoluitur à cimento, & funditur in imum ab alto. Sicque decrevit liberata Iudicis aeterni censura, quatenus ex omni insecutorum turba, ne unus quidem superesset, qui ea quae fuerunt gesta, renuntiaret Presidi in Aula sua. Sancti autem ad armorum, lapidumue corruentium sonitum sua vertentes capita, Dei praecognita insonant magnalia, prospettando Magnatum, & persecutorum corpora, equosque, & militaria arma miserabiliter rotata, & intra fontis angulos internectioni tradita.

SED Dei, auxiliatrice dexterâ, adiuti, atque erepti, ac reanimati, & accensi salubrem ad illius Mulieris domum, peragunt callem; edocentque quemadmodum Praefidis sententia exasperata, eos perditum ire voluerat in necem; & quid in eum egerat ad ultionem. Insuper efflagitando instant, ut domum predictam Dæmonijs dicatam, Deo concedat dicandam. Idola manufacta, qua nec sibi prodesse, nec alijs poterant valere; quæque oculis non videre, non naribus odorare, & qua penitus nullo membrorum officio vtantur, hortantur respuere. Cuius mens in satellitum obrupitione, quoniam etiam de propinquorum, aut affinium morte verebatur, commota ideoque salubris consilij (ut sepe fieri in humanis solitum est rebus) ignara, longe aliter quam dicebat, fraudalenta, & friuola machinabatur machinatione cassa. Dum vero adhuc vehementius eam urgerent precibus, ut vel predioli aliquantulum ad sacratissimi Viri membra præberet humanda, noua & inusitata meditata prædia, putans eos aliquo posse interire dolo, huiuscmodi sententia est exorsa. Quandoquidem (inquit) vestram tam efficaciter intentionem ad hoc fore cerno intentam, ne quando ab ea vos desisti velle; sunt mihi domiti boues quodam in monte, quos euntes adsumite, & quidquid vobis maioris visum fuerit utilitatis, quæ necessariæ sunt cum eis deferentes ædificate. Siquidem victus defuerit, propense vobis, & illis impartire curabo. Hoc Apostolici Viri audientes; neque muliebria perpendentes figmenta, gratanter abeunt, ad montem usque perueniunt, & aliud, quod non verebantur, cernunt. Cum autem Montis confinia gressibus calcant, ex improuiso ingens Draco, cuius frequenti incursu villarum habitacula circumuicina eadem tempestate agebantur deserta, proprio digrediens antro, in Sancto Dei flammuinos ignes euomendo, quasi impetum facturus; euolat, exitium minando. Quem contra, fidei dogmata recolendo, impavide Crucis munimina intendendo, illum pulsant resistendo, Dominicique signum stigmatis ferre non valens bellua ventris rumpitur medio. Quo bello peracto, oculorum figentes lumina, cœli Regi summo vota reddunt cordis ab imo. Demum Dæmonum frequentia illinc omrino expulsâ, aquam exorcizant, quam totum super Montem undique aspergunt. Is autem Mons antea vocatus Illicinus, quasi diceretur illiciens, quod plures ante id temporis mortalium, male illecti, ibi ritum Dæmonijs exhibebant; ab his Mons Sacer, idest, Mons Sacratus appellatus est. Inde quoque boues sibi pollicitos perlustrando, abeuntes procul, contemplantur indomitos, ac rugientes, cornibus summâ fronte aggerem ventilantes, pedumque unguis fortiter terrarentes. Quos se se per montis diuexa minando, & mortis crudelitatem cursu infestissimo mittendo; tanta lenitatis exempli irrepit mansuetudo, ut qui prius precipites atroci ferocitate ad inferendam mortem properabant currendo, subnisi colla Sanctorum manibus cornua deponant ultro. Sauci verò Corporis delatores mulcendo animalia, ex immitibus, Dei nutu, mitia facta; absque mora superimponunt iuga, ac recta incedendo semita, iugatis bobus intra Mulieris palatia. Illa quidem stupefacta, mira agnoscens miracula, his tribus evidentibus signis excitata, eorum obtemperans petitioni, ex proterua obediens facta, illis domunculâ tradita, & Trino fidei munere regenerata;

Sed per-
secutores
opprimun-
tus.

Iterum
Lupariam
aduent.

Que no-
nam frau-
dem ma-
chinatur.

Immanem
Draconem
figno Cru-
cis peri-
munt.

Tauros
feroces
compri-
munt.

Luparia
ad fidem
conuerti-
tur.

regenerata, sum sua familia, Christi nominis efficitur credula. Sicque, inspirante Deo, fides dogmate imbuta, quæ prius fantastico errore fuerat delusa, facta humilis, & prona, super erecta preterit, ac frangit simulachra, & quæque sub eius fuerant dominata, funditus diruit fana. Quibus obrutis, atque minutatim in puluerem redactis, cauato in altum solo, constituitur Sepulchrum, opere lapideo, ubi Apostolicum conditur Corpus in artificiali ingenio, Cuius quantitatis Aedes, alta eodem superadiscatur in loco, quæ Altari ornata Dino, felicem deuota pandit aditum populo. Post aliquantium verò temporis, ab eisdem Apostoli alumnis, innumeris in fidei agnitione plebis edictis, squallentibus prius campis, cœlesti rore prorsus imbibitis, in brevi adolevit fœcunda, ac Deo multiplicata mensis. Quam Apostolicus Preceptor non descreas egregius, cœlo, terraque defendi obtinuit diuinitus: qui stolâ rubicundâ purpuratus in ætherea Curia suis cum asseclis venifica micat redimitus coronâ, miseris se depositibus inuicto suffragio patrocina- tur. Anxiliante D. N. Iesu-Christo, cuius regnum, & imperium cum Patre, & S. Spiritu manet in secula, Amen.

HACTENVS Legendaria MSS. quorum fragmenta in Breuiarijs peruetustis Zamorenſi, Burgensi, Placentino, & alijs referuntur. Qui verò omnia, quæ in hac Historia Translationis recensentur, illustrata videre desiderat; quæ hæc Luparia; quis Præses; quo euentu recitata obuenerint, Adeat supr. Tom. I. Die XXII. Februari. fol. 204. & seqq.

SED hic non est prætermittendum illud celebre monumentum, quod in Ara, & Monasterio S. Pelagij, quod de Ante Altares dicitur, prope Apostolicam S. IACOBBI Basilicam situm, Monachorum primùm, post Sanctimonialium, adhuc visitur. Hocce mnemosynon ergo, ut inquit Seruandus Episcopus Auriensis in Histor. Hispan. MS.c.9. in fin D. Maurus Castella Histor. Compostellan. lib. 2. c. I. Gregorius Lobariñas Histor SS. Gallæc. MS. Decad. 6. c. 5. fol. 257. constat ex Ara describan- marmorea, & marmorea Columna, quas Discipuli S. IACOBBI erexere, ut super iur. Aram Apostolicum corpus imponerent, & Ara super Columnam, vt inibi sacro- sanctum Missæ sacrificium peragerent, & licet Ambrosius Morales literas inscriptas in Ara non intelligens, illas abradere inconsulto præceperit, tamen Dei prouidentia conseruauit in MS. Historia Seruandi, sic.

Sepul-
chrum
Apostolo
lapidem
parat.

Ara for-
ma, &
Inscriptio.

D.O.F.  S.J.

ATIAM.
ET TET
LUMPSA
VIRIHE
MONOPOTIS
PIANO XVVITO
TESIFO.

SANT. JACOB. CONSAC. DISCIP.
SVIS. IN HON. SATOR. MART. Q.

PASI SVNT I M BVR
GO C ALLAICORC
TAMARICAN. VANN.
PRED. CONVERS.
XXXVIII. PERTOT.
GALLEC HISPA.

CECILIVS. D. S. IACO. NRO. ORBL
RELINQVIT. S. PATRON? ITAINSTIT.

Columna forma, & Inscriptio. Hæc est vera, genuina, & formalis *Inscriptio Ara*, quam *Seruandus Aurienensis* Praeful in sua *Historia* prescripsit, quamque *Moralius* foedauit. Quæ verò in *Columnella* persistit, his carminibus continetur.

LIM: S. F. NCE T G:
IACOBO: SVIT: HEL: A DLA
TA: COLMNA: PRACE: SRL
PT: SIMYL: QVE: SYKEST:
POS LA: LVIVS: DSEZI: STLR
TRYN: IREOLMVS: PRBAS: TE
EXHS: PRAM: IGNSTIVE
RE S. U. G:

Quorum Carminum extensionem, & Inscriptionis formulas, si perlegere cupis, & ad formales periodos redigere desideras, sic extendere, legere, & redigere poteris:

Cum sancto IACOBO fuit hæc adlata Columna,
Araque scripta simul, quæ super est posita.
Cuius Discipuli sacrarunt credimus ambas,
Ac ex his Aram constituere suam

Interpre-
ratio-
Arula.

D. Didacus Seguinus Episcopus Aurienensis, qui Historiolam *Seruandi* Praecessoris breauit, & Gallaco idiomate MS. habemus, Ara supradictæ ecphrasim, ita interpretatur: *Consegrada à Deo Maximo. Atiamo, Frato, Tetlumpsa, Viriam, Nepotissiano, Xnuito, Tessiforo, forem Martyres, è padezeronem Galizia, no pago Sa-*rense,

rense, antes que o Apostolo se fose à Ierusalym, è por isto deyxoou esta Ara à seus Discipulos, para que sobre dela dixerem Missa, en membranha destes Santos. Assi o dexou escrito o Bispo Don Seruando. Qui in d. Historia hæc verba profatur, ante delineationem Aræ præcedentis: *Este he o Retrayto da Ara que deyxoou scripta, o Apóstolo Santiago à seus Discipulos, è he un tanto da que trouxò consigo nò mar, sobre que pousaron o santo Corpo, è sobre dela decia Missa Arcadio I. Bispo do Orenes em S. Maria Madre. Outro tanto como este esta en San Payo de Santiago com istas mismas letras destos Santos Martires.* Ita Lobariñas d. Decad. 6.c. 5. fol. 257. Qui & Don Maurus d.lib. 2.c. 1. SED hic non est prætermittendum quod VERONENSES in Cenomanis Italiae sibi persuasum habent, scilicet, se CORPVS S. IACOB I Maioris, in Monte Grigiano inuentum Anno M. CCC. XCV. Die XXII. Maij, possidere dicitant, ut inquit Philippus Ferrarius in Catalog. SS. Ital. Die XXV. Iul fol. 458. Quorum deceptionem pulcre notauit idem Ferrarius, dicens: *Verum cum CORPVS huius S. Apóstoli Compostellæ in Hispania adsernari adeò manifestum sit, ut de hac re dubitare non liceat, vel ipsi errore versantur, vel partem aliquam CORPORIS duntaxat habent.* Hinc Veronensem abs persuasione deflectes, prout & ab errore Valentiorum apud Padum Oppidanorum Ticinensis dicecessis, qui etiam se habere CAPUT Nostri Apóstoli fatentur, illudque Die XXV. Iulij magna celebritate ostendere populis occurrentibus audent, ut inquit ipse Ferrarius d. fol. 458. Cum CAPUT integrum in S. E. Compostellana adhuc absque dubitatione seruetur. Nunc pro coronide in tibi do Carmen Alcaicum R. P. Emanuelis Pimenta S. L. Presbyteri cn Poëmat. Sacr. lib. 8. Od. 5. & 6. fol. 304. quod huius Translationis venustre descriptis apparatum.

*Dulces alumni syderei Patris
 Vrnas Beatis ossibus inclytas,
 Nocere ne posset Tyrannus,
 Gnauiter imposuere puppi.
 Tutis Ioppe commoda portubus
 Primum solutis linquitur anchoris;
 Per regna Neptuni secundis
 Vela tument sinuosa ventis.
 Famosa Solis stat procul Insula,
 Decora ponit cui Rosa nomina:
 Attolit ingens quam Colossus;
 Quam pluvio grauis imber auro:
 It puppis alto gurgite: disita
 Secans marinis regna liquoribus:
 Trananit Ægai furores:
 Sternit aquis vaga regna Nereus,
 Stetisse credo, præ reuerentia
 Herois, ingens quem ratis aduehit;
 Apparet ingens Creta, magnis
 Vrbibus imperiosa tantum.
 Serenat ingens Ionium minas,
 Secura puppis quo sacra transuolat:
 Serenat undas & Cosyra,*

*Carmen
 Alcaicum
 de Trans-
 latione
 Apostolicæ
 Corporis.*

*Cum Melite, Siculisque regnis.
 Tempestuosis sauum Aquilonibus
 Tranatur aquor, cui Leo turbidus
 Inter procellos tumultus
 Dicitur imposuisse nomen.
 Optanda Nautis paret IBERIA.
 Vndis Iberus cernitur aureus,
 Cui Tybris, Ister. Nilus, Indus
 Inuidet eximiam Columnam.
 Stat Virginali Mater imagine,
Quæ fulta supra fulget Iaspidem:
 Araque Reginæ Polorum,
 Eximij monumenta Diui.
 Crines Iberus cinctus arundine,
 Erexit alto tempora gurgite,
 Affatus Herois sacratas
 Exuuias, lachrymante vultu:
 Felicitatis portio maxima,
 Vidisse viuum te, mihi contigit;
 Num mæstus extincti Parentis
 Suppliciter loculos adoro,
 Suprema felix sydera tangerem,
Imo liceret corde reponere
 Si Patris urnas, pulueresque
 Condere sub vitreis sepulchris.
Qui nostra promptè visere flumina
 Dignatus hospes, prataque florea,
 Me ter beasti; ter sacrasti
 Sydereis mea regna plantis.
 I, digniores, i, ratis in plagas:
 Feliciores, i, ratis in locos:
 Depone thesaurum beatis
 Diuinitijs pretiosiorem.
Augusta puppis per freta transuolat,
Quæ fit superbum nomen ab Hercule;
 Submissus Alcides adorat
 Rostra ratis sacra transfretantis.
 Ventum est ad ingens Oceanis salum:
 Herœa gaudens Oceanus Pater
 Excipit, & supplex adorat*

Principis exuuias, & urnam:
Substernit aquor mobile, leniter
Cursu secundo nauiget ut ratis:
Neptunus applaudit, tridente
Deposito, seniorque Neraus.
Pictaque crines Occidentiades,
Gemmata Deris, flava Lyconias,
Ligea, Cydippe, Thalia,
Et vitrei Galatea vultus.
Cum Patre Cete grandia corrunt,
Phocaque vastis molibus emula:
Tritones vidi, qui canore
Turbinis ingeminant per undas.
Longo marinus stat chorus ordine,
Maiorn cedunt monstra minoribus,
Quæ, puppe conspecta, repente
Attonitis stupuere rostris.
Tunc ore Prothaus veridico, datum
Cui nosse longi temporis exitus,
Affatur Herois sacratas
Exuuias, loculos, & urnas:
Saluete magni Reliquiae Patris?
Comissa sauis pignora fructibus,
Læsisse ne poscit Tyrannus
Sacrilegus cineres sepultos.
Quaecumque felix vos capiet plaga,
Fauere largum sentet athera:
Visetur Europa frequenter,
Ad loculos properante cursu:
Altare magnis cerno adamantibus
Fulgere: baccis cerno nivalibus
Astarte gemmati thiara
Pontifices, validosque Reges,
Ad sacra current limina Principes,
Ad sacra current limina Cesares,
Ditare certabunt superbis
Munifici loca sacra donis.
Iam Roma Templis munera preparat,
Æquare donis quæ sibi te cupit,
Ad sacra, solemnes ad Aras,

Proibit
 Vaticinium
 visitas sa-
 cris exu-
 uij.

Purpureos dabit illa Patres.

Portenta cerno, quam noua Cœlitis

Videnda seris sunt ea posteris,

Patranda tandem cum requiret

Exitium Hesperia iacentis.

Quæ clara tantum floret IBERIA,

Commissa propter concidet impia:

Et rege sublato, & corona,

Seruiet indomitis Tyrannis.

Tentabit audax pralia seruitus,

Iugumque collo demere barbarum:

Fœdum tributum denegabit,

Arma volet, properabit arma.

Cogentur Afro sub Duce copia,

Et transmarinas Africa transuehet

Per stagna Neptuni phalangas,

Barbarica catulos Leana.

Mauri cohortes is numerauerit,

Belli paratus, cornipedes, duces,

Ora recensebit marina,

Qui bubula numeros arena,

Quam rara contra stabit Iberia,

Confisa cœlo, non sibi Martia:

Ad arma pugnaces, ad arma

Ipse animos IACOBVS addet.

Prosternet armis agmina Barbara,

Maurum que multo non sine sanguine:

De morte seruili solutos

Hesperios trahet in triumphos.

Hactenus de Translatione Corporis S. IACOBI, Nostrorum Apostoli, & Vnici Patroni, qui alia de hac solemnitate ediscere cupit adeat superius citatos.

- B. SS. EXUPERANTIUS, & MARCELLVS Martyres Spoletanii.] Eorum memoriam repetunt Beda Vſuardus, & alij à quibus Cæſar Baronius in *Martyrologia Rom. b. d. lit. A. fol. 794.* Conueniuntque Dionysius Vazquez, Lopus, & cæteri recentiores. Quod eius sacral ipsa Româ Monasterium *Aniagense* fuerint translata, videsis Didacum Colmenares *Histor. Segobiens. c. 27. §. 14. fol. 316.* Ægidium Gonzalez Dauila *Chronographum Regium Theatr. Eccles. Castell. Tom. I. fol. 556.* Nos supr. *Tom. 3. Die XXII. Jun. lit. A. vers. Quint. fol. 385.* ubi firmam *Translatio in Hispaniam.* *Translationis horum SS. Martyrum præscripsimus.*



P R I D I E

Kal. Ianuarij.

D I E S X X X I .

- A. TOLETI in Carpetania Hispaniae, S. HONORATI ipsius urbis Episcopi, & S. Eugenij I. Martyris apud Parisios, successoris; qui è Conchana Hispaniae Tarragonensis Civitate originem trahens, istius Metropolitica Ecclesiae insulas induit, ubi doctrina illustris, & sanctitate clarus, Confessor ad Dominum properauit.*
- B. IBIDEM memoria S. VVISTREMIRI, etiam Toletanæ Sedis Episcopi: Qui à S. Eulogio, Facula Spiritus-Sancti nuncupatur: cuius doctrinâ Muzarabes fidem Catholicam retinuerunt illas; cuius exemplis Agareni plurimi Christo nomina dedere, & cuius fulmine sapientiae Inconoclastæ impetum erroris heretici cohibuere, tandem ad gloriam, certamine consummata, peruenit aeternam.*
- C. SENONE in Hispania Citeriori S. COLVMBÆ, Virginis, & Martyris: Qua pro fidei confessione comprehensa, in ignem iniecta, grauissimèque torta, tandem ad aeterna securitatis asylum, ex huins mundi diluvio, oliua ramulo coronata, Columba victrix, ad requiei indeficientis arcam regreditur.*

N O T Æ.

SANCTVS HONORATVS Episcopus Toletanus, Confessor.] Sancta A. Ecclesia Tolosana in Gallia huius S. Antistitis memoriam recolit Die XXII. huius Mensis, ut ex ipsius Tabulis, & officijs patescit, è quibus Philippus Ferrarius in Catalog. General. SS. fol. 484. Andreas Saussay in Martyrolog. Gallican. Tom. 2. fol. 1026. Petrus Cabilonens. in Topograph. SS. verb. Conchana fol. 101. his verbis: CONCHANA Cantabrorum Mart. Hisp. Decemb.

K K k

Civitas

Martyrologia.

Ciuitas Hispaniae. Hic HONORATVS Episcopus Toletanus nascitur, qui sacrauit Firmimum Episcopum, Ambiani Martyrem; & hic migrat Confessor. Ieronymus de la Higuera in Martyrolog. Hispan. M.S.b.d.fol.66. Ast S. Braulio, quem sequitur Ecclesia Hispaniae, hoc die occubuisse fatetur, his verbis; apud Rodericum Caro fol.127. S. HONORATVS in Hispania colitur, natione Cantaber, Episcopus Toletanus; qui dum prædicat per diuersas Prouincias, & ad patriam Conchanam prædicationis gratia revertitur. moritur Confessor gloriosus XXXI. Decembris, Anno Domini C. XL. Originem, & infulam fatentur Flauius Dexter in Chron. Ann. 130.n.4. apud Biuar. fol.227. hac serie: S. HONORATVS natus Conchanæ (ut quidam volunt urbe Celtiberorum, ut alij Cantabrorum) post discessiōnem S. M. Marcelli Toletanorum Episcopi, Toleti prædicat, & ab eo secundus habetur. Eadem Julianus Archipresbyter Toletanus in Chron. Ann. 132.n.60 fol.22. De eo post relatos Rodericus Caro ad Dextr. Chron. Ann. 132.lit.Z fol.68. Biuar. ibid. ad Ann. 138. fol.233.n.4. & Ann. 140.n.1 fol.247. Julianus Petri in Aduersar. n.46. D. Thom. Tamayo in Vindic. Verit. Dextr. Novit. 7. fol. 111.col.2. D. Martinus Carrillo in Annal. Eccles. Hispan. Ann. 132. Porreño in Catalog. Episcop. Tolet. c.7. qui foedissime in Anno obitus Sanctissimi Præfusilis errauit, signans eius mortem, tempore Valentis Imperatoris ad Annum CCC. LXIV. cum contrarium constet ex Dextro, quem citat. D. Didacus Castejon in Primat. Toletan. 1.p.c 8 fol.86. Ioannes Paulus Martyr Rizus Histor. Conchens. c.6. Antonius Quintana-Dueñas Histor. SS. Toletan. in Fundat. S. E. Toletan. c.29 fol.113. Illustris D. Petrus de Roxas Comes Morensis Histor. Toletan. 1.p.lib.5.c.10. fol.390. Tanti Præfusilis ACTA nullus scripsit, illa ex relatis Authoribus compaginare nec grauabimur.

Origo, &
insula.

Scriptores.

ACTA S. HONORATI EPISCOPI Toletani, & Confessoris egregij, ex Dextro, Braulione, Juliano, & alijs.

Origo, &
patria.

S. Eugenij
discipulus.

Toletanus
Antistes
eligitur.

Moritur.

Epita-
phium.

HONORATVS, natione Hispanus, ex Conchana urbe, aut Celtiberiæ, aut Cantabriæ oriundus, qui cum ad etatem maturam Ecclesiasticis ordinibus accederet, & S. M. Marcello Eugenio Toletanorum adhæreret Antistiti, sive eius doctrinam, sanctos mores, & virtutum manipulos collegit Catholicus, ut inter S. Pontificis Discipulos doctior haberetur, & primus. Quod manifesta ratione probatur; nam cum S. Eugenius Gallias repedare, pro visendo S. Dionysio Parisorum Episcopo, eius Magistro, decreuit, HONORATVM in eius locum reliquit, qui gregem in eius absentia catholicis dogmatibus pasceret. Qui Magistri commissionem tam feliciter expleuit; ut Eugenio per martyrium sublato, illius promeruit eligi, & nominari successor. Post hac cum S. Pontifex S. Toletana Ecclesia infulam induisset, & res ad eius regimen pertinentes promoueret, in eiusque locum, vicarium Hermolaum insignem pietate virum, ut Ecclesiam, & Diacones regeret, constituisset, fidei zelo succensus, & animarum saluti consuens, Toletum deserens, per varias Prouincias Euangelici grani semina iecit. Tandem post aliquot annos, cum ad propriam sponsam redire properasset, & ad Conchanam urbem Patriam suam visendam accederet, ibidem febre, & aerumnis correptus gloriose fine quieuit, Die XXXI. Decembris, Anno C. XL. Dominicæ Nativitatis. Ad cuius sarcophagum hocce posuit Carmen Sepulchrale denotio.

Concana HONORATI ciuis tenet ossa Beati,
Qui fuit & Præful, Magne Tolete, tuus.
Præfulis Eugenij, dum Gallica regna petivit,
Nomine, cunctanter omnia sacra regit.
Martyrio tamen Eugenius sublatus in Astra,

Denique

*Denique HONORATVS munia Sedis habet.
Sed fidei zelo succensus, clymata Praesul
Plurima collustrans, spolia multa tulit.
Post hæc in Patriam repedans ditiſimus altis
Antifites meritis, mors tua colla premit.
Concana, qua tua iam longè ſpiramina vita
Primaque confexit; ultima Ē ipsa vidit.*

Hæc Nostros, de hoc S. Pontifice, apud Scriptores inuenitur; apud Gallianos vero diuersa sententia est, scilicet quod post S. Saturninum Tolosatum Episcopum, infulas illius induit Ecclesiae, post Toletum aggressus, illius Metropoliticæ curam fuscipiens, Episcopalibus functionibus illustrans, relicto Pelagio torum opere successore, Tolosam repedauit, & ibidem in Domino obdormiuit, eiusque pignora in Saturnineo Maiori Templo à fidelibus recondita iacere. Audi Sauffayum in Martyrol. Gallican. Tom. 2. Die XXII. Decembr. fol. 1025. omnia his periodis complectentem. TOLOSÆ Sancti HONORATI, Episcopi II. illius Sedis, qui triumphatori Saturnino digna vice suffectus, gregem atraci pugna, quâ victor occubuerat, strenuus ipse Pastor Saturninus, exterritum, & dispersum, suam in curant fuscipiens, blandis vocibus recollegit, forti clientelâ muniuit, ubere pabulo recreauit. Honestique Presbyteri Apostolica virtutis, qui Saturnini præcipuus cooperarius fuerat, potenti suffultus subſidio, mira nascenti huic Ecclesiae incrementa indidit. Firminum ab ipso Honesto educatum, aptumque redditum ad excelsa pietatis facinora sacris initiauit: atque ad subigendas Regi gloria Christo, effratas barbaris moribus, & ritibus gentes, benedictionis sua præmunitum copiâ, ablegauit. Hinc ipse in HISPANIAM excurrens, obuias Cinitates usque TOLETVM, in fide confirmauit: TOLETIQUE Metropolis Ecclesiam, quam Saturninus pridem curauerat, desolatam reperiens, opportuno solatio suffulxit, coluit sedulo Pontificio; deinde Pelagio probata religionis, & doctrina Viro, commendatam, dimissaque eiusdem Pastorali cure, proprium ad ouile fouendum Tolosam regressus est; ubi absoluto cursu Apostolica dispensationis, calcata morte, Beatus ad immortalitatem migravit. Corpus tanti Cœlitis, in S. Saturnini successoris sui purpurati famosâ toto Occidente Basilica, honoro inclusum loculo, religiose obseruat: hocque die, quo felix eius spiritus euolauit ad Superos, visitatur deuoto fidelium concursu. Hoc idem videtur innuere Julianus Petri in Chron. d. Ann. 132. n. 60. dum dicit: S. HONORATVS Conquiensis, Hispanus Confessor, succedit S. Eugenio Marcello: Post aliquot annos ad Gallias prædicandi causâ proficisciuit. Paternum, quem S. Saturninus Toleti conuerterat, & fecerat Episcopum Elusensem, inuisit. En S. HONORATVM Gallias adeuntem, & Elusenses, Paternumque eius Episcopum visitantem. Ergo & potuit Tolosates inuisere, S. Saturnino per martyrium sublato succedere, & cætera omnia à Sauffayo recensita perficere. Si potuit, quare Franciscus Biuarius in Not. ad Chron. Dextr. Ann. 132. n. 1. fol. 230. aduersus Petrum Equilinum, & Thomam Truxillum inuehitur, S. HONORATVM nequaquam fuisse Episcopum Tolosatum, contendens, ideoque eos deuitandos esse, temerario nixu proclamat. Non legerat eruditus Biuarius Arnaldum Oihenartum in Notit. Vtriusq. Vascon. lib. 2. c. 2. fol. 78. Claudium Robertum in Gall. Christian. verb. Tolosa fol. 143. Guillelmum Catellum Hisp. Tolosat. fol. 28. & alios innumeros, vbi titulo Tolosatum Episcopi decoratur. Hinc Ego crederem, quod S. HONORATVS Gallias concedens, Tolosam deuenit, eo tempore quo S. Saturninus martyrio coronatus, cœlos ascendit, & in eius locum Tolosatum Episcopus ordinatus, Firminum sacris initiauit, cum per Pampilonam Toletum rediret. Ut indicant ACTA Firmimi. Hinc utriusque Nationis controuersias sedabis, & veritati propius accedes.

CONCANA. Vrbs vetustissima inter Cantabriae populos, quâ Hispania versus Nortem verit, de qua Noster Silius Italicus de Bell. Punic. lib. 3. dixit:

Topographia.
phia.

Cornipedis fusâ satiari, Concane, venâ.

Mart. Hisp. Decemb.

K K k 2

Vbi

Vbi Claudius Dausqueius in *Not. fol. 129.* multa congerit; licet Lætinus Torrentius in *Schol. ad Horatium lib. 3. Carmin. Od. 4.* aliter senserit. De vrbe Claudius Ptolæmeus in *Geograph. lib. 2. Tabul. 2. Europ. c. 6.* Hinc si apud Cantabros, quis eum Ciuem Conquensem Episcopali condecoratam Sede, tunc temporis haut natam, affirmare conabitur? Docti videant, Nos verò glossema adesse in *Dextrī Chronico* suspicamur.

- B. S. VVISTREMIRVS Episcopus Toletanus, Confessor.] Nullus ex Martyrologiorum Scriptoribus tanti Præfulis memoriam recolit, forte quia Diem obitus ignorauit, illum ex Luitprando in *Chron. Ann. 857.* apud *Ramir. n. 298. fol. 430.* apud Tamay. *fol. 201.* restituere decreuimus, ut in posterum eius sanctitas veneretur, maxime stante S. Eulogij Martyris elogio in *Epistol. ad VVilesend. Pamplon. Episcop. Tom. 4. Hispan. Illustrat fol. 330.* his verbis: *Post Quintum diem Toletum reuerti, ubi adhuc vigentem sanctissimum senem nostrum, faculam Spiritus Sancti, & lucernam totius Hispanie VVistremirum comperi: cuius vita sanctitas totum Orbem illustrauit; hactenus honestate morum, celsisque meritis Catholicum gregem refouet; multisque apud eum diebus degimus, eiusque Angelico contubernio habimus.* Ergo ijs elogijs *Eulogij*, vt quid non erit in *Tabulas Ecclesiasticas* reponendus, solâ tanti Martyris testificatione, pro ut repositi fuere plures *Dini* solâ aliorum Sanctorum relatione. Quis cognoverat *Paulum* in *Thebayde Eremitam*, si *Antonij* Abbatis sanctissimi non procederet auctoritas, cuius solâ declaracione Ecclesia illum Eremitam in Sanctorum numero retulit, Die X. Ianuarij. Quis eundem *Antonium*, nisi adesset *Ieronymi* prælocutio? Quis alium *Antonium* Lerinensem Monachum, ni *Ennodij* Ticinensis valeret attestatio? Itaque *VVISTREMIRVM* omittere, aut ignorantia diei obitus hucusque intercessit, ut inquit *Ieronymus de la Higuera ad Luitprand. n. 283. fol. 422.* aut in posterum erit incuria *Illusterrimi Capituli S. E. Toletanæ*. Agunt de eo *Luitprandus in Chron. Ann. 830. n. 283. fol. 421.* *Ann. 857. n. 296. 297. 298. fol. 430.* apud *D. Laurent. Ram.* & apud *D. Thom. Tamayo. fol. 68.* & in *Not. fol. 200. & 201.* *Iulianus Archipresbyter Toletanus in Chron. Ann. 830. n. 425.* *Ann. 840. n. 429.* *Ann. 844. n. 431.* *Ann. 857. n. 438.* *Ambrosius Morales in Not. ad Epistol. VVilesend. super fol. 330.* *Franciscus Pisa Histor. Toletan. lib. 3. c. 7. fol. 139.* *Ioannes Mariana Histor. Hisp. lib. 7. c. 15.* *Ambrosius Morales Hist. Hispan. Tom. 3. lib. 14. c. 27. fol. 128. col. 2.* *D. Thomas Tamayo in Verit. Dextr. Nouit. 7. n. 46. fol. 128.* *D. Didacus Castejon in Primat. Tolet. Tom. 2. p. 3. c. 1. §. 5. fol. 556.* *Antonius Quintana-Dueñas de Fundat.* & *Excellent. S.E. Toletan. c. 16. fol. 69.* Eius Acta breui compedio dabimus:

*ACTA S. VVISTREMIRI EPISCOPI
Toletani, & Confessoris incliti, ex elogijs SS.
Eulogij Martyris, & Boniti II. etiam
Pontificum Toletanorum, &
aliorum Scriptorum*

Origo, patria, & nobilitas.

Archidiaconus primus, post Tolestanus Presul efficitur.

WISTREMIRVS, origine Hispanus, ex Carpetanix Ciuitate Toleto, nobilissimaque Ficulneorum familia oriundus, qui Fratrem habuit Lupum Ficulnei Muzarabem, & fuit Pater Gunderici, qui ab Anno Domini DCCC. XLIV. fit Toleti Index Muzarabum, Vir pius, iustus, & Deum valde timens. Qui huic nobilitati ab incunabulis virtutum sarcinam addere satagens, studijs literarum & Ecclesiasticis ministerijs operam dedit, ita ut S. Gumesindi Toletani Pontificis munificentia, Archidiaconatum S. E. Toletanae egregius Presbyter arriperet. In cuius munere adeo vigilanti cura processit, ut, vitâ functo S. Gumesindo, omnium Muzarabum acclamazione Toletanus Antistes declararetur. Tantè etenim fuit deinceps in S. Præfule cura in reformatis Muzarabum moribus, & consolidandis sui Catholicí gregis anfractibus, Sarracenorum oppressione continuis, & eorum contuberno exundantibus, quod asiduis sermonibus aliquorum dissidentiam argue-

ret, insolentiam taxaret, & temeritatem compesceret. Nec in suos tantum arma correctionis indixit, quos à fidei Catholica regulis deuios ire cognovit, sed etiam aduersus alios etiam alienigenas insurrexit. Nam cum Claudium Episcopum Taurinensem Iconomachia hæresi laborantem deprehenderet, fidei zelo succensus aduersus eius doctrinam libellum Catholicis dogmaticis plenum Consiliorum canonibus refertum, & SS. Patrum testimonijs munitum, Apologetica severitate conscripsit. Et ne erroris eiusmodi corrup-tela innocentium animos abriperet, protinus Synodum Toleti indixit, quā plures Episcopi conuenere, ubi, iuxta Ecclesiae sensum, nullo modo frangendas sacras Imagines Sanctorum, sed recipiendas, habendas, & rite venerandas esse, decretum est. Suscepserat B. Pontifex antea domo, & laribus humaniter, & benigne Toleti, Eulogium Presbyterum Cordubensem, postea Martyrem, qui lustratis Hispania sanctuaris, lipsanothecis, & Monasterijs celebroribus, patriam Cordubam repedabat, & ibidem aliquantulum demoratus S. VIRGINSTREMIRIS sanctitatem, mores, virtutes, facundiam, & Catholicæ fidei zelum demiratus, hac ad VIRGILESIDUM Pamplonensem Antistitem, de eo, in quadam Epistola, verba direxit: Post Quintum diem Toletum reuerti, ubi adhuc vigentem sanctissimum Senem nostrum, Faculam Spiritus-Sancti, & Lucernam totius Hispaniae, VIRGINSTREMIRUM competi, cuius vita sanctitas totum Orbem illustrans, haetenus honestate morum, celsisque meritis, Catholicum gregem refouet, multisque apud eum diebus degimus, eiusque Angelico contubernio heximus. Post hanc S. Praesul, ed quā erat serueritate Domus Dei zelator intrepidus, cognitis nefandæ vita facinoribus Samuelis Iliberitana Sedis Episcopi, commisit Dauidi Hispanensi Pontifici, ut deposito e Cathedra Samuele, Gernasiūm sanctissimum Virum in eadem collocaret, His & alijs operibus gloriois cumulatus, quæ S. Bonitus eius Archidiaconus in Carmine Sepulchrali recensuit, virtutum sarcina onustus, sacramentis munitus, senio confectus, ærumnis quassatus, tandem tegmine corporis exutus, ad aeterna visionis beatitudinem properauit, XXXI. Decembris, Anno Domini DCCC. LVII. Et licet ille iusserrat sepeliri Corpus suum, in S. Iustæ Ecclesiae limine, tamen omnium votis, & precibus, pro ut eius merita deposcebant, in eadem Basilica loco eminenti, intra Sacellum gentis sue, ubi eius insignia, sepultum est, cui hocce Bonitus Sepulchrale Carmen apposuit.

VIRGINSTREMIRVS egēt psalmi, dux Spiritus almi,
Grex fuit illius, & plebs Toletana pius.

Explet non vanos Centum Pater Optimus Annos:

Corpus tumba tegit, spiritus astra legit.

Cinibus est lenis, viduis solamen egenis:

Par fuit Eugenio, plenus obit senio.

Stemma docet gentis, Ficus frons Quina virentis,

Par sit longa Dei, parce Redemptore ei.

Quid frondes nisi pœna? Duo astra, grauiisque catena,

In Campo croceo, nil memorans noceo.

Vita bona id ductus, tulit ad cœlestia fructus

Mortis (ob ista) dies, incipit esse quies.

Obiit S. Vir VIRGINSTREMIRVS Toleti in pace Dei,
XXXI. Die Decembris. ERA. DCCC. XCV.

Ora Virgo pro illo S. MARIA.

Aduersus
Claudium
Taurinen-
sem Epis-
copum scri-
bit, & To-
leti Conci-
lium con-
gregat.

S. Eulo-
gium hospiti-
rio benigne
suscepit.

Qui eius
virtutes
elogio cele-
bri mani-
festat.

Samuelum
Iliberita-
num depo-
ni inbet.

Moritur,
& sepeli-
tur.

Epita-
phium.

Ficulneorum familiæ.

HACTENVS ex SS. Eulogio & Bonito, necnon ex Luitprando, & Iuliano, ACTA, quæ potuimus congerere; quorum relatio ad vnguem ex recensitis scriptoribus in locis superius in prolegomeno relatis, desumpta est, hinc proculdubio, meo iudicio, nullam aliam illustrationem ecphrasis desiderat. Quæ fuerit gens Ficulneorum apud Toletum videsis Luitprandum Ann. 756. vbi D. Thomas Tamayo fol. 156. originem trahere ex Gente Romana, de qua hæc Inscriptio in marmore apud Vrgauonem.

D. M. S.

Q. FAB. FICVLNVS. AVRIGIT.
FLAM. VI. VIR. AVRIGITAN.
ANN. LXX. PIVS. IN. SVOS.
H. S. E. S. T. T. L.

De quorum nobilitate consulendi Toletanarum Rerum Scriptores, & alijs, qui Genealogijs addiscendis, & familijs aucupandis, continuo labore, & sumptu, velut chimichi, tempus, & operam perdunt.

C. S. COLVMB A Virgo, & Martyr Senonenſis in Hispania.] Non me latet hic usque communem esse sententiam, hanc S. Virginem, Martyrem egisse apud Selones in Gallia, ut notauit Andreas Sauffay in Martyrolog. Gallican. Tom 2. fol. 1067. licet in Beda, Vsuardo, Adone, & Romano Baronij, aut alijs recentioribus nihil de Gallia exprimatur. Sed Iuliani Archipresbyteri Toletani dum Codex apparuit, non in Gallia, sed in Hispania martyrium subiisse S. Virginem, in Chron. Ann. 132. n. 59. hisce periodis manifestat: In Conuentu Asturicensi Hispanie, Oppido SENONE, nunc ZAMORA, Sancta COLVMB A Martyr, & Virgo, primum in ignem iniecta, deinde grauiter torta, postremo capite cesa, ad Superos euolauit; à cuius sacra passione, VICVS propinquus, S. COLVMB A dicitur. Eadem repetit in Aduers. n. 382. fol. 84. Quod verisimile videtur, cum tempore Gothorum, & eo amplius, Ecclesia Hispanie iamiam officium perageret, ut patet ex S. Isidori Breuiario, quod dicunt Muzarabe, vbi iste sacer Hymnus.

Hymnus
sacer in
Mazarabe
bum Bre-
niario.

Nardus COLVMBÆ floruit,
Liguſtra flagrant oculi;
Fulcite latam floribus,
Stipate malis Virginem.
Hæc Regis apta amplexibus,
Et osculis: gratissima
Chisto fidem, quam ſponderaſt
Cruoris arā consecrat.
Igne gemellos ſeculi
Strauit, ſubegit, depulit;
Flammam petulcam barbari,
Focosque admotos ſibi.
Cum in lupanar poſita
Intrantes ad ſe, luridam
Libidinem compescuit,
Sefeque flammis exurit.
Sic liberata ab ignibus,
Locis retractam ſcenicis,
Mucrone ſtricto plectitur,

Nuptura

*Nuptura cœlo adsciscitur.
Cui vox ab astris resonans,
Veni Columba personat.
Tu vocibus nostris fauens,
Fac Nos Polorum compotes.*

Cuius etiam sacri *Hymni* meminit Cæsar Baronius in *Not. ad h.d.lit.D. fol. 797.*

Ast quia apud Nostros nulla adhuc memoria, præter *Iuliani* superius recentiam commemorationem, reperitur, quâ nostra hæc *Anamnesis* illustretur, calamum suspendere curauimus, *Gallis*, & *Nostris* obtestans, quatenus quælibet Natio **COL V M B A M** veneretur, *Gallia* propter possessionem, *Hispania* propter prætensionem, cuius rei cultu, illa sacra *Virgo*, quæ in delicijs æternæ beatitudinis adstat, forte ut **COL V M B A** in requie sempiterna consistens, hisce, tot vinculis alligatis, bellicosis Nationibus, oliuæ ramum, pacis frondem, inter tot fluctuantium dissidentium animorum pericula, subministret. Faxit Deus, cui sit laus, & gloria in secula sempiterna, Amen.

Quo opere, in laudem Omnipotens Dei, Optimi, & Maximi, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, quem in Trinitate perfecta Vnum colimus, & veneramur, qui *Laudes* totius illustris Operis, & insignis actionis, & Operationis dispensator agnoscitur, *Deo, Vir-* & in honorem Beatissimæ Virginis MARIAE, Dei Genitricis, *Hispanorum Tu-* *gini, &* *Sanctis* telaris, absque Originalis labe, & macula conceptæ; & in gloriam *Nostrorum San-* *Tutelari-* *ctorum Martyrum, & Confessorum, quorum præsidijs *Hispania* tot meritis, vir-* *bus pro-* *modi, calamus hacce conuertamus Elegiâ.* *fert.*

Sit decus, & laudum sint iam praconia, Christe,
Qui Patre, cum Sancto & Pneumate cuncta regis;
Sitque & ubique tibi, & illis iam gloria semper,
Qui mihi scribenti, ultima ad Acta trahis.
Accipe qua Diuis Nostris promisimus olim
Hispanis, quorum agmina adorat Iber.
Nunc igitur monumenta pij suscepta laboris
Exegi, Christi munere, sorte mea.
Sex totidem conscripsi nempe Volumina, quorum
Quodlibet inclusos Menses habetque Duos.
Per dies Acta simul cuiuslibet inlyta Diuum
Digesi: Veterum iam monumenta libans.
Hoc, finitur Opus, quo Nostris digna rependi
Munera Cœlicolis, ut sit & illis honor.
Quo Die IACOBI festum celebratur ubique,
Patroni Nostris, hoc quoque fluxit Opus.
Quid mirum acciperet finem à quo exordia sumpit
Hispanæ fidei immaculatus apex?
Parcite iam Diui calamo Scribentis; amoris
Affectum tantum plaudite & ulti mei.
Nam tot res gestas, Diui, conscribere vestras

*Nec potuit melius mens mea pauper adhuc.
Adjicte hoc pretium mihi, cum iam tempora pulsent,
Quod detur inter vos tunc humiliisque locus.
Necnon Pontifici egregio cui ista dicaui
Sacra Voluminibus pensa litata meis.
Munificaque manu qui tot impendia præli,
Sumptibus assiduis, soluit en' vltro pius.*



INDEX



INDEX

RERVM NOTABILIVM, quæ in Anamnesi Sanctorum Mensis DECEMBRI S continentur.

A.

Abel.

 Nnocenti Abel comparatur S.
Dominicus Exiliensis Abbas.
pag. 496

S. Abundius.

S. Abundius. *Vide V. S. Carpophorus.*

S. Abundius Beatiensis.

S. Abundius. *Vide V. S. Iustus.*

S. Adiutor.

Quid Martyrologia de eo retulerint. 486
Item Scriptores. ibid.

Acta S. Adiutoris Episcopi. 487

Origo & professio. ibid.

Fit Episcopus Habensis. ibid.

Exulatur cum alijs, & Campaniam adjt. ib.

Epistola Symmachi PP. ad exules. ibid.

Dignitates aliquando fauor porrigit. ibid.

Non est opus laudare positos in trophæo.

488

Moritur. ibid.

De eodem carmen. ibid.

Æsculapius.

Æsculapij festum. 309

Agonalia.

Agonalia festa quæ. 307

Nominis Etymon, & diuersæ rationes. ibid.

Alphonſus.

Alphonſi Magni regis propagatio. 528

S. Aluitus.

Quid Martyrologia. 595

Scriptores. ibid.

Acta S. Aluiti Episcopi. ibid.

Illijs origo. ibid.

Monachatus. ibid.

Fit Abbas Sahaguntinus. ibid.

Mart. Hisp. Decemb.

Et Episcopus Legionensis. ibid.

Orator eligitur pro transferendis corporibus SS. Virginum Hispalensem. 596

S. Isidorus illi apparet & euentura prædicit. ibid.

Moritur. ibid.

Legionem defertur & collocatur. ibid.

S. Amasindus.

Quid Martyrologia. 522

Item Scriptores. ibid.

Illijs epitaphij series litteris gothicis. ibid.

Ab Ambrosio Morales extensa. 523

A P. Martino de Roa in hymnum redacta. ibid.

Aliæ inscriptiones in formam hymni apud Cordubam conscriptæ. 524

Cypriani Cordubensis carmen sepulchrale pro S. Abbatे. ibid.

Dies mensis & annus obitus. 525

Nomen monasterij ignotum. ibid.

Ambroſiaca.

Ambroſiaca sacra apud Ionios. 306

S. Anastasius.

Menologij elogium. 361

Corporis Translatio in Hispaniam. ibid.

Angerona.

Angeronalia festa quæ. 310

Angeronæ silentij Deæ dicata. ibid.

Hoc simulachrum ubi collocatum. ibid.

Vnde nomen illius fortioratur. ibid.

S. Ansanus.

Depositio Sacrorum pignorum S. Ansanni. 317

Quid Martyrologia ibid.

Quid item Scriptores. ibid.

S. Ansani Martyris Acta. ibid.

Origo & religio. ibid.

Comprehenditur. 318

Index Rerum

Senas aufugit.	ibid.	<i>S. Ascanius.</i>
Coronatur.	ibid.	Quid Scriptores de eo. 346
In Hispaniam transfertur.	ibid.	Acta S. Ascanij huius nominis. I. Episcopi
Translatio reliquiarum probatur.	ibid.	Tarragonensis. 347
<i>S. Anthemius.</i>		Origo illius. ibid.
De eo quid retulerint Martyrologia.	343	Patria quæ. ibid.
Acta S. Anthemii Episcopi.	344	Fit Episcopus Tarragonensis. ibid.
Illum Carolus Magnus ad se vocat.	ibid.	Sedem Apostolicam causa Irenæi consulit.
Eiusdem origo.	ibid.	ibid.
Eius corpus ubi sepultum.	ibid.	Sententia Concilij in causa Irenæi. ibid.
Acta probantur ex Auli Hali exasticho.	345	Siluani causa ad Papam remissio. ibid.
<i>S. Antonius.</i>		Sententia Siluani in causa. 348
Quid martyrologia referant.	475	S. Ascanius moritur. ibid.
Vbi pignora sacra seruentur.	ibid.	Eius Epitaphium. 349
<i>S. Antonius.</i>		S. Orentius posuit carmen sepulchrale B.
Quid martyrologia.	599	Ascanio successori. ibid.
Acta S. Antonii Abbatis Lerinensis.	ibid.	<i>s. Aurelia.</i>
Patria & Parentes.	600	De ea Martyrologia quid referant. 342
Octennis Seuerini magisterio adhæsit.	ibid.	Translatio ad Hispaniam. ibid.
Post Constantio Præsuli, à quo fuit Notarius creatus.	ibid.	Olim in Hispania oratorium. 343
Constantius Pontifex moritur.	ibid.	<i>Auster.</i>
Ad Vallem Tellinam pergit.	ibid.	Auster ventus quis. 308
Mario Presbytero adhæsit.	ibid.	Vnde nomen sortitur ibid.
Recusat Clericatum.	601	A Græcis quomodo vocetur. ibid.
In Montis cacumine secessit.	ibid.	<i>S. Autbertus.</i>
Columna ignea S. Viri ocubis ingesta.		D. Roderici de Acuña circa eum error conciuntur. 462
ibid.		Ex ratione Geographi. ibid.
Eius virtutum sublimia.	ibid.	Ex Scriptorum silentio. ibid.
Latro in deserto latitat.	ibid.	Acta S. Autberti Episcopi. ibid.
Illum diuinitus agnouit.	602	Eiusdem origo. ibid.
Omnia eius crimina propalat.	ibid.	Hispaniam venit. ibid.
Secretiora Eremi petit.	ibid.	Episcopus Braccarensis eligitur. ibid.
Vrsum caules deuorantem baculo castigat.	ibid.	Dedicat templum S. Michaëli. 463
Eius virtutum fama cum S. Virum detegit.	ibid.	Legatus Crotildis ad Fratresmittitur. ibid.
Lerinensem insulam pergit.	ibid.	Concilium pro abiuranda hæresi congregat. ibid.
Inter præcipuos Monachos collocatur. 603		Belgium petit. ibid.
Moritur.	ibid.	Moritur. ibid.
Pro Eodem Epitaphium.	ibid.	Actorum probatio. ibid.
Dies & annus transitus.	604	Dies & annus obitus ignoratur. ibid.
<i>S. Appollinaris.</i>		<i>B.</i>
S. Appollinaris acta ex vetustissimo Epigrammate.	349	<i>Benabæth.</i>
Origo & Patria.	450	
Fit Christianus.	ibid.	B Enabæth, Vide V. Fernandus.
Comprehenditur.	ibid.	<i>S. Bernardus.</i>
Flagellis cæditur.	ibid.	Huius S. Bernardi natalem celebrat Galliæ Ecclesia, quo die. 488
Coronatur.	ibid.	Quo hispana. ibid.
Miraculum Editum ab eo.	351	<i>Bernardus.</i>
Item aliud.	ibid.	Bernardus Toletanus plures viros litteratos ex Gallia in Hispaniam duxit. 354
Hernia laborantes sanat.	ibid.	<i>S. Bibiana.</i>
<i>Aquila.</i>		Martyrologia quid referant. 329
Aquilonis venti vehementia.	306	Quid Scriptores. ibid.
Nomen & Etymologia.	307	Acta S. Bibianæ virginis & martyris. ibid.
		Illius

Notabilium.

Illius origo.		ibid.	Situs illius.	ibid.
Parentes qui.		ibid.		
Comprehenditur.		ibid.	Castræ- <i>Italia</i> .	
Illius mira constantia.		ibid.	Quod oppidum Castra-Julie.	460
Coronatur.		ibid.	Diuersa eius nomina.	461
Corporis sacri depositio.		ibid.	Quomodo hodie vocitetur.	ibid.
De eadem carmen.	330	ibid.	Illius situs.	ibid.
Aliquot sacra pignora in Hispania.		ibid.	Vrbs ex castris Cæsaris condita more Ro-	
			manorum.	ibid.
<i>S. Bonifacius.</i>				
S. Bonifacius <i>Vide V. S. Calixtus.</i>			<i>Christus.</i>	
<i>S. Bonitus.</i>			Christus Moysi successor.	498
Quot Boniti Episcopi Toletani.	582			
Quosnam Catalogus recipiat.		ibid.	<i>S. Columba.</i>	
De S. Bonito Carmen.	583		An in Gallia passa.	626
			An in Hispania.	ibid.
<i>Brumalia.</i>			Hymnus sacer in Muzarabum breuiario.	ib.
Brumalia festa quæ?	308			
			<i>Concana.</i>	
<i>C.</i>			Vrbs vetustissima.	623
			Illius situs.	ibid.
<i>Calabria.</i>			<i>Concepio Immaculata B. Virginis.</i>	
C uitas vetustissima in Lusitania Hispaniæ.	351		Quid Martyrologia.	378
Illius situs.		ibid.	Chronologia Antiquitatis celebrationis; &	
Quod nomen eius hodiernum?		ibid.	solemnitatis Festi, & officij Conceptionis	
Inscriptiones Romanæ in ea nonnullæ vi-			B. Virginis.	ibid.
funtur.		ibid.	Angeli.	ibid.
			Apostoli.	ibid.
<i>SS. Calixtus, & Bonifacius.</i>			Iacobus Zebedæus	ibid.
Quid de ijs martyrologia referant.	609		Paulus Apostolus.	ibid.
In Hispanias translata corpora.		ibid.	Succesores discipulorum Eliæ Prophetæ.	
			ibid.	
<i>Canicula.</i>			<i>S. Ieronimus & Græci.</i>	379
Caniculæ occasus quis.	303		Paulus Orosius Hispanus.	ibid.
			S. Ioannes Chrysostomus.	ibid.
<i>Carolus Magnus.</i>			Flauius Dexter Hispanus.	ibid.
Carolus magnus ad se vocat S. Anthemium.			S. M. Maximus Episcopus Cæsaraugusta-	
344			nus.	ibid.
S. Virum creat Episcopum Pictaviensem.			S. Isidorus Episcopus Hispalensis.	ibid.
ibid.			S. Desiderius Episcopus Capuanus.	ibid.
			S. Ildephonsus Episcopus Toletanus.	ibid.
<i>SS. Carpophorus, & Abundius.</i>			S. Ioannes Damascenus.	380
Controuersia circa locum agonis.	450		Venerabilis Beda.	ibid.
Pro Hispali Hispaniæ martyrologia.		ibid.	Karolus Magnus.	ibid.
Quid Scriptores.			Leo Imperator.	ibid.
Eorumdem SS. Acta.			S. Anselmus Monachus.	ibid.
Origo.			S. Brunus.	ibid.
Studia quæ.			S. Anselmus Ep. Cantuariensis.	ibid.
Ministeria.			S. Norbertus.	ibid.
Comprehenduntur.	451		Capitulum Lugdunense.	ibid.
Flagellis cæduntur.		ibid.	Adrianus IV. Pont. Max.	ibid.
Cacerantur.			Emanuel Commenus Imperator.	381
Angelorum ministerio liberantur.			Concilium Oxoniense.	ibid.
Coronantur.			S. Dominicus Hispanus.	ibid.
Eorum sepulchrum.			S. Petrus Nolascus.	ibid.
Epitaphium.			Iacobus Rex Aragoniæ.	ibid.
Quis Epitaphij author.			Albertus magnus Dominicanus.	ibid.
			Vincentius Bellouacensis Dominicanus.	
<i>Cafaris.</i>			ibid.	
Hispaniæ vterioris vetusta ciuitas.	315		Martyrologium Dominicanum.	ibid.
Illius hodiernum & vetustum nomen quod?			LLII 2	
ibid.			Hugo	
<i>Mart. Hisp. Decemb.</i>				

Index Rerum

Martyrologium Dominicanum.	ibid.	<i>S. Crescens.</i>
Hugo Cardinalis Hispanus Dominicanus.	ibid.	Martyrologia. 605
Kalendarium Capuanum.	382	Cum Petro Apostolo lustrauit Hispanias.
Ioan. Duns Scotus Minorita.	ibid.	ibid.
Capitulum ordinis Carmelitani.	ibid.	Post corpus S. Theodor ⁱ Compostellam
Ioannes XXII. PP.	ibid.	transtulit. i bid.
Concilium Cantuariense.	ibid.	<i>SS. Crispinus, Iulius, Gratus, Felix,</i>
Robertus Holcot Dominicanus.	ibid.	<i>Potamia, & Sorij Martires.</i>
Ioan. Taulerus Dominicanus.	ibid.	Discursitas scriptorum circa locum ago-
S. E. Hispalensis in Hispania.	ibid.	nis. 352
S. Brigitta vidua.	383	Opinio genuina, & sequenda. ibid.
Synodus Cæsaraugustana Hispanæ.	ibid.	<i>S. Cucuphasus.</i>
Academia Parisiensis in Gallia.	ibid.	S. Cucuphasus, <i>vide. v. S. Fructuosus.</i>
Ioannes I. Rex Aragoniæ.	ibid.	 D
Martius I. Rex Aragonum.	ibid.	<i>Dacianus.</i>
Plantinus Episcopus Paduanus.	ibid.	D Acianus in Hispaniam mittitur. 391 &
Bonifacius PP. IX.	ibid.	402
Innocentius VII. PP.	384	Gerundæ decreta Cæsarum publicat. 402
Alexander V. PP.	ibid.	Ipse furorem excitat. 403
Sanctius Porta Dominicanus Hispanus.	ibid.	Aduersus Christicolas debacchatur. ibid.
Martinus V. PP.	ibid.	Ex Celtiberia Complutum venit. ibid.
Abbas Panormitanus.	ibid.	Inde Toletum. 404
Concilium Basileense.	385	Sacrificia Dijs solemnia peragit. 405
S. Francisca Romana.	ibid.	Edicta aduersus fideles publicari iubet.
Maria Aragoniæ Regina.	ibid.	ibid.
Nicolaus V. PP.	ibid.	S. Leocadiâ in carcere relictâ vterioris His-
Sixtus IV. PP.	ibid.	paniæ vrbes lustrat. 415
Venerabilis Beatrix de Silua.	ibid.	Strages vbique in fideles exercet. ibid.
Reges Catholici.	ibid.	 <i>S. Dalmatius.</i>
Alexander VI. PP.	ibid.	Quid referant Martyrologia 357
Breuiarium Conceptionis.	ibid.	Item Scriptores 358
Iulius II. PP.	ibid.	Acta S. Dalmatij. ibid.
Leo X. PP.	386	Plurimos in Galliæ, Germaniæ, & Italiæ fi-
Adrianus VI. PP.	ibid.	nibus conuertit. ibid.
Clemens VII. PP.	ibid.	Episcopus olim Vrbis Papiensis. ibid.
Paulus III. PP.	ibid.	Fidem Christianam Albigenibus prædicat.
S. C. Tridentinum.	ibid.	359
S. Ignatius Societ. Iesu Patriarcha.	ibid.	Multis claret miraculis. ibid.
Paulus IV. PP.	ibid.	Restituit sanitati filium cuiusdam accolæ
Pius IV. PP.	ibid.	Rauennatis. ibid.
Pius V. PP.	ibid.	Multa pro Christo patitur. 360
Gregorius XIII. PP.	387	Transit per aërem flumen Dei auxilio
Sixtus V. PP.	ibid.	siccis pedibus. ibid.
Paulus V. PP.	ibid.	Capitur. ibid.
Philippus III. Rex Catholicus.	ibid.	Coronatur. ibid.
Gregorius XV. PP.	ibid.	Truncus corporis mansit viuus longo tem-
Vrbanus VIII. PP.	388	pore. ibid.
Philippus IV. Rex Catholicus.	ibid.	Pars reliquiarum prope Gerundam. 361
Municipium Ilipense hodie Zalamea.	ibid.	 <i>S. Damasus.</i>
De ea Carmen.	389	Quid referant martyrologia. 452
<i>Consualia.</i>		Item Scriptores. 453
Consualia festa quæ?	308	Quo loco natus S. Pontifex. ibid.
<i>Contributa-Iulia.</i>		Variæ opiniones circa ipsius patriam.
Contributæ Iuliæ vbi hodie rudera reperi-		ibid.
antur.	448	Pro S. Damaso carmen. ibid.

Notabilium.

Acta S. Damasi Pont. Max.	455	Aduersus Christi fidem Concilium prouocat.	ibid.
Origo.	ibid.	Diocletiani vindictæ verba.	396
Pater Romani pergit.	ibid.	Maximiani promissio.	ibid.
Damasus Legatus Liberij PP.	ibid.	<i>S. Dominicus Exiliensis Abbas.</i>	
Pontifex inauguratur.	ibid.	Quid referant de eo martyrologia.	494
Schisma Vrsinini Diaconi.	ibid.	Item Scriptores.	ibid.
Calumniis S. Pontifex appetitus.	ibid.	Illiis acta Fortunio Abbatii Exiliensi dicata.	ibid.
Sed liber in synodo euasit.	ibid.	Illiis origo.	495
Concilium oecumenicum Constantinopolitanum congregat.	ibid.	Parentes qui.	ibid.
